Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

Aug. Sebastiani Nouzeni, De literarum vocum et accentuum Haebraicorum natura, Siue de prima sermonis Hebraici lectione Libellus,

https://hdl.handle.net/1874/456645

Aug. Sebastia-

NI NOVZENI, DE LITE-
RARVM, VOCVM, ET ACCEN-
tuum Hæbraicorum natura, Siue deprima ser
monis Hebraici lectione Libellus, Ex
optimis quibusq; Rabinorum
Commentarijs, studiose
collectus, ac iam pri
mum in lucem
æditus.

ACCESSIT PRAETEREA, DE SER
uientium Literarum officijs, per eun-
dem AVG. SEB. N.
Compendium.

Eme Lector & fruere.

מפתח חרקרוק ומבוא כל דרך לשון
חקודש על יד שיבאשתיאנוש ארגישהוש
אשר חברו וגרפס עם רב חעיון
פה בעיר מארפורג
תחלה לאלחי
השמים

Marpurgi, M. D. XXXII.

לבעל על הקיארא
ביום לבתי לפניך רצה נאאת חליבתי
ועם עושי רצונך תנה שכר פעולתי:

Ιωάννης Λεοντονίκης·

Χαλιδικὴ καὶ ἀμύγδαλα καὶ μελίφυλλα θύμοστε
Εις μέλιτος γενεὰν λῶστα μὲν ἐντὶ πάνυ,
Εἴστε κατήχησιν γλώττης τόδε βιβλίον ἀγνῆς,
Βελτίστην ὕλην ῥηιδιήντε διδοῖ·
Κεῖνο Σεβαστιανὸς ξύνγραψε Νεήλιθος ἤδη,
Οψέπρ, ἀλλ' ἀεὶ στοῖς κολιοῖσιν εὖς·
Δεῦρο παῖ τοίνυν φίλε σὸν πόδα νῦν ἄγε πρέψον,
Ενθεν ἀρυσόμενος πρόσφορα δῶρα τεῖν,

Τοῦ αὐτοῦ Ιαμβεῖον·

Τί, μοι φράσον, δύνατ' θεολόγος ἔμμεναι,
Ιερῶν ἄνευ κλειδὸς γραφῶν, γλώττης ἱρᾶς;
Θέλεις ἀκούσαι; κακολόγος κ' οὐ Θευλόγος·
Μαίνεις Θεοῦ γὰρ οὔποτε ξυνήσετ',

Γαίσπαρος ὁ Ροδόλφου.

Τοῦδε μελιφθόγγου ἀνέρος λάβ' ἀγάλματα γλώσσης
Ταῦτα Γαλαισίνης ὦ φιλόγλωττε παῖς,
Ενδοθεν αἱρήσεις πολυειδέος ἄνθεα κήπου,
Πολλὰ καὶ εὐπρεπέος ἀίθρια δῶρα νοοῦ,

AVG. SEBASTIANVS N.
Ornatiſſimo, pariter & Humaniſſimo
Viro, Valentino Breuleo, Illuſtriſſimi
Heſſorum Principis PHILIPPI
Secretario, adfini & amico
ſuo integerrimo.
S. D.

QVIDEM HAVD quaq̃ defuturos exiſtimo, Valentine humaniſſime, adfinis multis nominibus iucundiſſime, qui ſecus, atq̃ à me vel inchoatum eſt, vel inceptum, hoc ſcribendi conſilium, interpretabuntur, Quum tot paſſim extent nimirũ, doctiſſimorum hominum, & erudite et fœliciter elucubrata ſcripta, è quibus ſacratiſſimæ liguæ principia, (quæ quidem & nos hoc libello tractanda ſuſcepimus) multo cõpendioſius adoleſcẽtes noſtri הארחבי לשון הקדש percipere & pdiſcere queant. Nam cũ varias diuerſaſq̃ hinc inde ex Rabbinorum Commentarijs rationes ſermonis hebraici perſcrutamur, aliquanto q̃ par eſt ab analogia tractandi, quam ferè latinam noſtri homines ſequuti ſunt, receſſiſſe vi debimur. Ac proinde quædam, quam pro cõpendio, quædam vero quam res ipſa poſtula-

re videbitur, verbosius, & obscuriora tenellis animis nonnulla quã explicatiora videri posse. Necq; vero tm̃ mihi ignosco, vt Horatianus ille Meuius, vel ita in me gaudeo, vt Suffenus ille Poeta, tam sui admirator strennuus, q̃ aliorũ omniũ cõtẽptor maximus, Qui putem meas nugas aliorum (qui in Hebraicis studijs plurimum desudarunt) eruditis sanè scriptis esse conferendas, Non enim vsq; adeo mearum rerum vel impudens iactator esse constitui, vel propriæ laudis buccinator immodicus.

Et poteram sane intra meam me pelliculam, ac mediocritatem cõtinere, nisi quorundam studia amicorũ, atq; adeo ardentissimus q̃rundam erga Hebraicam linguam adfectus, huc me perpulissent, vt velim nolim coactus sim tamen, cum scriptionis, tum vero æditionis aleam subire. Nam cum illi quottidianis serè conuitijs, instare, vrgere, efflagitare denicq;, nunc̃q; desisterẽt, quin ea quæ per Scholasticas p̃lectiones studiosi quidam adolescentes excepissent, in publicum communicanda pluribus æderem, aliquã diu quidem sum reluctatus, sed frustra tamen, Pudoris ergo vincula, qui me ab euulgandis meis cohibuerat, (Sum enim mihi, quantum valeam, quid ferant humeri, quid nõ, probe cõscius) dissolui, & in amicorum gratiam & studiosorum tantum commoditatem, quicquid id est operis, etiam antequam maturuisset, exeruſi, præcipitaui. Quãobrem si quid hac in parte fla

te flagitiũ eſt, id totum iis adſcribant velim, qui bus & refragari parum honeſtum, & denegare prorſus nefas erat. Nam quod quidẽ ad me atti net, nullum hic ſanè gloriæ titulum quæro, ſa tis abundè cõſecutus famæ, ſi dicar hiſce quibus debebam liberaliter obtemperaſſe.

Porrò ſi ne his quidem placari poterit, ſi quiſ quam futurus eſt calumniator, qui nec maledí cere nec obgãnire deſinat, huic non dictum, ſed reſpõſum volo. Aduerſus ſycophantæ morſus (vt apud Ariſtophonem eſt) nullum eſſe phar macon, Nec; ferè præclaris rebus ſuus vnq; de fuit, vt prouerbio dicitur. χιὸς ἀσωπατῶν.

Habes ergo Valentine amicorum omniũ hu maniſſime, noſtrum de ædendo conſilium. Pro inde, cum & tu quoq; inter eos, quos ſemper et amaui plurimũ & reuerenter colui, primas te neres, equidem (bonis vt ſpero auſpicijs) quid quid id eſt Libelli, tuo nomini inſcribere haud ſum veritus. Nec etiam (qui tuus candor eſt) patrocinium aduerſus Momos, ſat ſcio, detre ctabis. Chriſtus cum honeſtiſſima coniuge tua liberis chariſſimis, te ſeruet incolumem.

ויתן יחיח ברצונו לחפצך ׃ חיקך ושלים
לך בלבבך ויצוח ברכתו עליך ועל
בל אשר לך ׃ בבוד חוז ושלוח
ישים אדוני בביתך לשר

Ex Academia Mar=
purgeñ. xv. kal.
Apriles.

ORATIO MATVTINA AD DEVM PATREM SVPPLICATO-ria, quæ tametsi a Iudæorum Ecclesia qui in Hispaniis degunt, idq; mense Augusto, nimirum diebus סליחות id est, remissionis vsurpetur, Attamē nec Christianis, si animo vtiq; pio pronunciabunt, indigna censeri debet.

Proinde ne aliquot nobis hic paginæ vacarent, eā adscribere volebamus.

אֱלֹהֵינוּ שֶׁבַּשָּׁמַיִם שְׁמַע קוֹלֵנוּ
וְקַבֵּל תְּפִלָּתֵנוּ

אש אַל תְּאַבְּדֵנוּ בְּאֶרֶץ גְּלוּתֵינוּ
אש אַבֵּד כָּל הַקָּמִים עָלֵינוּ לְרָעָה
אש בְּרִיתְךָ זָכוֹר וְאַל תִּשְׁכָּחֵנוּ

Audi ploratum nostrum Deus noster, qui es in cœlis, Eya excipe quæso deprecationem nostram.

Deus noster &c. ne disperdas nos, dum adhuc in terra proscriptionis nostræ sumus.

Perire facias eos, quotquot aduersum nos maligniter insurgunt,

Fœderis quoq; tui memorem te exhibeto, nec obliuiscaris nostri.

אש בָּרֵךְ אֶת לַחֲמֵנוּ וְאֶת מֵימֵינוּ
אש גַּלֵּה כָבוֹד מַלְכּוּתְךָ עָלֵינוּ מְהֵרָה
אש דְּרַשְׁנוּךָ הִמָּצֵא לָנוּ
אש דְּוֹשׁ דָּמֵינוּ מִיַּד קָמֵינוּ

Sanctifica siue consecrato, non modo cibum, verumetiam & aquas nostras.
Reuela regni tui maiestatem, gloriamq; nobis, iam iam festinanter.
Tu certe nobis curæ es, adeo vt sollicite queramus te, inuentu facilem nobis præbeas.
Sit tibi curæ sanguis noster, qui manibus hostium nostrorum effunditur.

אש הֵעָתֵר לָנוּ הַיּוֹם וּבְכָל יוֹם וּיוֹם תְּפִלָּתֵנוּ
אש וְאַל תְּבִישֵׁנוּ מִשִּׁבְרֵנוּ
אש וְנִקְרָא וְאַתָּה תַּעֲנֵנוּ
אש זָכְרֵנוּ בַזִּכְרוֹן טוֹב מִלְּפָנֶיךָ
אש הֲמֹל עָלֵינוּ וְעַל טַפֵּינוּ וְעַל עוֹלְלֵנוּ

Exorabilem te nobis præsta hodie, vt in omni tempore, & maxime quũ tibi supplices, precamur
Nec sinas nos esse vanos, aut confusos in spe, siue expectatione nostra
Sed cum clamamus, statim tute domine nobis respondeas.
Memor sis nostri quæsumus benigniter,
Age, nostri miserere, & puerorum, & iuuenũ nostrorum,

אש טַהֲרֵנוּ מֵעֲוֹנֵנוּ

אש יְחַמּוּ נָא רַחֲמֶיךָ עָלֵינוּ

אש כַּתְּבֵנוּ בְּסֵפֶר חַיִּים טוֹבִים

אש בַּתְּבֵנוּ בְּסֵפֶר צַדִּיקִים

Emunda nos ab iniquitatibus noſtris.

Plurima vndiq; copia, adeoq; ad ſimilitudinẽ aquarum tumultuantium, Affectus illi tui commiſerandi ſuper nos irruant.

In librum vitæ fœlicioris, nos inſcribas,

In librum iuſtorum, eya nos reponas,

אש בַּתְּבֵנוּ בְּסֵפֶר יְשָׁרִים תְּמִימִים

אש בַּתְּבֵנוּ בְּסֵפֶר מְזוֹנוֹתָיו וּפַרְנָסָה טוֹבָה

אש כַּבֵּשׁ אֶת כּוֹבְשֵׁינוּ

אש לְחַץ אֶת לוֹחֲצֵינוּ

In album rectorum proborum q; hominũ nos referas

In librum denicq; epularum cœleſtium ac beatorum paſcuorum nos inſeras.

Subijce tibi ſuperbas gentes, quæ nos deprimunt, ſubijciuntq;

Opprime, aut coarcta coarctantes nos,

אש בּוֹלֵא מִשְׁאֲלוֹת לִבֵּנוּ לְטוֹבָה

אש נָקוֹם אֶת נְקָמָתֵנוּ

אש סְמוֹד אֶת נְפִילָתֵנוּ

אש עֲנֵה אֶת עֲתִרָתֵנוּ

Imple cordium noſtrorum deſyderia benignit

Vindicato noſtras iniurias, atq; vltiões noſtras

Fulcias

Fulcias, aut confirmes quæso lapsum nostrum
Exaudi instantem assiduam'q; deprecationem nostram.

אש פְּדֵנוּ מִידֵי אוֹיְבֵינוּ
אש צַוֵּה אִתָּנוּ בִּרְכּוֹתֶיךָ
אש צַוֵּה אִתָּנוּ יְשׁוּעָתֶךָ
אש צַדְּקֵנוּ בְּמִשְׁפָּטֶיךָ
אש קָרֵב לָנוּ הַגְּאוּלָה

Assere nos de manibus hostium nostrorum,
Manda nobiscum benedictionem tuam,
Confirma nobiscum salutem tuam,
Eya nos iustifica, per iudicia tua.
Accelera ad nos statum diem redemptionis nostræ.

אש הטאנו צורנו סלח לנו יוצרנו
אש שמע ישראל יי אלהינו יי אחד
בחירי סגולה עונים ואומרים אתה אלהים

Peccauimus o rupes nostra, Eya propitius esto nobis creator noster, Audi quæso Israelē, dñe deus noster, deus vnice, Nos dilectus populus peculij tui, iactamus & profitemur, quod tu sis Deus dominus.

אש קרב לנו יום הישועה
אש קרבנו לעבודתך
אש ריבה ריבנו וגאלנו

Accelera ad nos diem seruationis nostræ,
Pertrahe nos ad tui cultum,
Deus noster cœlestis, litem nostram seu contentionem nostram tu contende, ac libera nos,

אש רְאֵה בְּעוֹנִי עַמְּךָ יִשְׂרָאֵל
אש רְפָא חוֹלִי עַמְּךָ יִשְׂרָאֵל
אש רְאֵה בְּדוֹחַק הַשָּׁעָה
אש שְׁעֵה אֶת שַׁוְעָתֵנוּ

Respice ad humilitatem populi tui Israel.
Sanitati restituas, infirmitatem populi tui Israel.
Ad huius quæso temporis calamitatem oculos tuos deflecte.
Oculos demitte, & sis attentus ad miserabilem clamorem siue eiulatum nostrũ.

אש שִׂית שָׁלוֹם בֵּינֵינוּ
אש שִׂית שַׁלְוָה בְּאַרְמְנוֹתֵינוּ
אש תֵּן חַיִּים וּשָׁלוֹם לַמֶּלֶךְ אֲדוֹנֵנוּ
אש תֵּן בְּלִבּוֹ לְהֵטִיב אֵלֵינוּ

Statue pacem, seu rerum peosperiratẽ inter nos
Pone quietem, siue tranquillitatem in arcibus nostris.
Vitam donato, ac pacem Regi domino nostro,
Illi in animum des, vt benefaciat nobis.

אש תֵּן שָׁלוֹם בָּאָרֶץ
אש תֵּן שָׁלוֹם בְּמַלְכוּת
אש תֵּן טַל וּמָטָר לִבְרָכָה בְּעִתּוֹ בָּאָרֶץ
אש תֵּן זֶרַע לְזוֹרֵעַ וְלֶחֶם לְאוֹכֵל

Da pacem in terra.
Da pacem in Regno.
Præsta quæso liberaliter, & rorem et pluuiam suo tem-

ſuo tempore.

Largire ſementem facturo ſemen, & veſcituro, donato cibum.

אש תן לחם לפי הטוח

אש תבון תפלתנו קטורת לפניך

Da panem pueris.

Sic accepta ſit oratio noſtra, vt ſuauiſſimum odoris thimiama.

אלהינו שבשמים

עשה עמנו אות לטובה

עשה עמנו אות לישועה

עשה עמנו אות לרחמים

יראו שונאינו ויבושו

יחזו אויבינו ויכלמו

כי אתה יהוה עזרתנו ונחמתנו

O Deus noſter qui ſupernis præſides, æde ſignum aliquod fauoris tui.

Aede ſignum aliquod ſalutis.

Aede ſignum aliquod nobis ex intimis illis tuis commiſerandi viſceribus

Vt videant oſores noſtri, & erubeſcant, Videant inquam hoſtes noſtri & confundantur, Nam tu es Deus ille, qui nos adiutas, qui nos conſolaris.

FINIS.

Consecratio Mensæ.

Hospes.

בָּרְכוּ אֱלֹהֵינוּ שֶׁאָכַלְנוּ מִשֶּׁלּוֹ וּבְטוּבוֹ חָיִינוּ

Benedicamus Deo nostro, quod illius vndiq; sufficientibus rebus fruimur, eiusq; bonitate viuimus. Conuiuarum Responsio.

בָּרוּךְ אֱלֹהֵינוּ שֶׁאָכַלְנוּ מִשֶּׁלּוֹ וּבְטוּבוֹ חָיִינוּ

Benedictus sit Deus noster, cuius vndiq; sufficientibus rebus fruimur, cuiusq; semper bonitate viuimus.

Hospes.

בָּרוּךְ מַשְׁבִּיעַ לְרְעֵבִים בָּרוּךְ הוּא בָּרוּךְ שְׁמוֹ וּבָרוּךְ זִכְרוֹ לְעוֹלְמֵי עַד : בָּרוּךְ אַתָּה יְיָ מְלֵךְ הָעוֹלָם הַזָּן אֶת הָעוֹלָם כֻּלּוֹ בְּחֵן בְּחֶסֶד וּבְרַחֲמִים נוֹתֵן לֶחֶם לְכָל בָּשָׂר כִּי לְעוֹלָם חַסְדּוֹ וּטוּבוֹ הַגָּדוֹל תָּמִיד לֹא חָסַר לָנוּ וְאַל יֶחְסַר לָנוּ מְזוֹן תָּמִיד לְעוֹלָם וָעֶד בִּי אַתָּה הוּא זָן וּמְפַרְנֵס לַכֹּל פּוֹתֵחַ אֶת יָדֶיךָ וּמַשְׂבִּיעַ לְכָל חַי רָצוֹן בָּרוּךְ אַתָּה יְיָ בָּרוּךְ אַתָּה בָּרוּךְ אֲרוֹנִי הַזָּן אֶת הַכֹּל אָמֵן

Benedictus ille qui esurientes ad satietatē vsq; pascit, Benedictus ille sit, Benedictum nomē eius, Benedicta sit eius memoria in sæculum.

Benedi-

Benedictus tu sis domine Deus noster, qui & fauore & bonitate, & benignitate multa hunc vniuersum orbē pascis ac reficis, Quique multa clemētia largiris omnibus cibum, Ergo in sempiternum tua bonitas perdurabit, Vt ergo tua illa immensa benignitas, nunquam nos destituit, Ita nec defuerint vnquam cibus ac potus, qui ad æternitatem nos pascāt, Tu siquidem ille es, qui pascis & reficis omnia. Aperis manū tuam, & satias omne viuum beneplacito. Benedictus ergo tu, Benedictus ergo tu sis Domine, qui pascis ac reficis vniuersa.

Amen.

Rhenardus Hadamarius Lectori.

Vt Calydonis aper fatū lachrimabile quondā,
Oeneios misere dispoliarat agros.
Lectio sic hostis, prolatio barbara, diuas
Phrasis Idumææ cōtaminarat opes.
Quæ modo colluuies certis exotica prompti,
AVGusti iaculis, emoritura iacet.
Leuibus hinc ventis tua sulcaturo profundum
Alnus, in hebræo tutior ire potest.

Erratorum quæ inter operas humanam incuriam fefellerant, Castigationes.

B. i. facie ij. pro ⊢ lege ⊣. B.ij. facie.i. lege, אַפַּיִם Eodem, phas est, lege fas est. B.ij. fa.ij lege, תנועות B.iij.fa.ij. volucres, sic, וַתָּשֶׁב vattásob & redijt, vltia, Paulo inferius שֻׁלְחֶן B.v.fa.ij lege בְּדֵי B.vij.fa.i. פְּנִנָּה Eodem fa.ij. lege semper fugit. C.ij. linea.v. Italiæ decus opponam, quam &c. nescios lege Nescios facie ij. lege additas fuisse, C.iij. lege sacri loco C.vi. lege superne inferneq; extantium: D.ij. fa.ij. pro habeat lege habet, D.vij. fa.ij. similiue Eodē lege, רטל נת D.viij. fa.i. ושתי אותיאות Item eodem וַתֵּרַע E.i. fa.ij. Gutturales, palati. E.ij. lege huic suauitate proxima. E.ij. fa. ij. ipsum aliquanto. E.vij. fa.i. pronunciato lege, pronuncies, E.viij: fa.i. lege, à dagges puncto constringente, Nam sauá mutum etiam breues sequitur, tametsi tenoribus eleuētur. F.i. fa:ij. & cepit seu captiuauit: F iij. תנועות F.iiij arbitror futurum, F.vi: fa.ij. lege, legēdo præmittimus. G.f. fa.i. וכלים hoc est, tametsi, fa. ij. מז בית G.ij. fa.ij. שָׁמַיִם Item, וַהֶאֱרֶץ G.iiij. ברבת G.v. fa.i. quidem sola. M.i. fa.ij lege proparalepsin. Reliqua tu ipse facile deprehendes.

Rhenardus Hadamarius, ad Lectorem.

Barbaries olim Sícula truculentior aula.
Captiuum ſtudij traxerat omne genus.
Caſtalios tabo latices infecerat, ipſis
Intulerat Muſis ſanguinolenta manus
Tuta Paleſtinæ nec erant ſacraria linguæ,
Seruitij miſerum ferre coacta iugum.
Turbidus ingruerat ſermonis abuſus, & hirta
Lectio, theſauros depopulata ſacros.
Et loca fœdarant hoſtili pluríma ritu,
OEdipodionio vix retegenda viro.
Monſtra ſed (Alcides veluti Stymphalidas) iſta
Nouzænus calamis diffidit ille ſuis.
Hoc igitur ſolymis redit adſertore Camœnis,
Libera maieſtas, et genuinus honor.

אמר רב חלל
אם אין אני לי מי לי וכשאני לעצמי
מה אני ואם לא עכשיו אימתי
אמר רב שמואי
עשה תורתך קבע אמר מיעט ועשה
חרבה וחזי מיקבל את חאדם בסבר
פנים יפות

Augusti Sebastiani Novzaeni,

de literarum ac vocum Hebraicarum natura, deq; prima emendataq; lectione Liber vnus.

VNT apud Hebræos, literæ tantum viginti duæ, quarum figuræ, nomina, & potestates, ordine sequuntur. Figura id est, quod certis liniamentis atq; tractibus, literæ corpus depingit, Nomen, elementi appellatio est. Potestas vero, ipsius in pronunciando valorem indicat.

Figura	nomen		Poteſtas.
א	אֶלֶת	Aleph	F
ב	בֵּית	Bé'th	B
ג	גִּימֵל	Chí'mel	G
ד	דֶּלֶת	Daleth	D
ה	הֵא	Hé	H
ו	וָיו	Vaiu	V
ז	זַיִן	Zá'in	ZD
ח	חֵית	Cheth	CH
ט	טֵית	Thé'th	TH
י	יוֹד	Io'd	I
כ	כַּת	Cá'ph	C CH
ל	לָמֶד	Lá'med	L
מ	מֵם	Mem	M
נ	נוּן	Nun	N
ס	סָמֶךְ	Sá'mech	Z
ע	עַיִן	HHaaí'n	HH
פ	פֵּא	Pe	P PH
צ	צָדֵי	Tſade	TS TZ CZ
ק	קוֹת	Koph	K Q
ר	רֵישׁ	Res	R
ש	שִׁין	Sín	S
ת	תָּיו	Thaí'u	T

IN quo literarum catalogo quinq; recenſentur nempe בגדכפת quæ paulo aliter dictionum fine quam ipſarum principio, attamen nihil variata poteſtate, ſcribunt. Siquidē iſtæ quatuor כפתג angulos ſuos ſiue curuamina, in ima baſi, hunc in modum explicata porrigunt: ב ר ג ו פ ח צ ז. Porró מ cum alibi nimirum ſuſtentaculi ſui parte ſiniſtra nonnihil hiare ſoleat vel principio dictionum, vel intra corpus locata. Quando vocabulorum vltima claudet quatuor conſiſtens lineis quadri, aut potius quadranguli penè vndiq; coēuntis figuram repræſentat. Exempla ſunt, בַּרְמֶל Carmél, חֲנוֹךְ chanóch, נֹחַ Nóach נָתָן Nathán פַּרְעֹה Parhó רָדַף perſecutus eſt. צְפַנְיָה Tſaphoniá. עוּץ Hhuz מַלְכִּיצֶדֶק Malchitzédeck אַבְרָהָם Abraham. Quare cum igitur, alia ac diuerſa poteſtate ſaltem elementa, non ſunt. Non temere ſentiunt, qui literas Hebræorum vniuerſas, intra hunc quem dixi numerum, conſiſtere volunt. Sunt ergo magis in finibus dictionum ſiue commiſſuræ, ſiue protractiones iſtæ vocari poſſint, adſcitæ לַעֲשׂוֹת כְּהַבְקִישׁ יָפֶה אַפַּיִם exornādæ ſcripturæ gratia q; neceſſitatis, vt in germanico atq; vulgari ſcripto videre phas eſt, quaſdam ornatius vocū occupare principia literas, quaſ-

dam intra contextum inſertas collocari melius, nonnullas etiam non niſi fines & vltima claudere, vt Von gottes gnade vnnd geyſt.

De punctis vocalibus.

Caput ſecundum.

PRorró cum nulla ſit, in toto literarū ordine, vocalis exhibilibus quibuſdam notis, paruiſq; pūctis voces ſuas exprimunt Hebræi, quas obid נְקוּדוֹת nakudóth, i. tenuia quædā puncta ſiue στίγματα appellare conſueuerunt. His equidē notulis cōſonantes literas promouēt, faciuntq; ſonare. Sunt em̄ literæ habitus quidā duntaxat, aut ſigna, quæ cū articulata hoīs vox exprimit̄, vtcunq; figurant os pronunciantis, atq; gubernant. Non ipſæ quidē voces ſunt, ſed formanda rum vocū tantum indices. Cum itaq; puncta de quibus agitur ſola conſtituāt vocem & motū, imò vitam alioqui mortuis literis inſpirent, recte ſane à veteribus תְּנוּעוֹת tanuhhóth, i. motiones appellatæ ſunt. Sunt aūt numero decem, quinq; quæ perpetuo longas vocales præſtant, rurſum quæ breues conſtituant quinq;.

Maiora puncta (quæ Latini longas vocales appellant) ſunt, quæ per ſe liberā pnunciationem habēt, i. q̄ cū ea ſola cōnecti litera cōſonāte poſſunt, à qua primus in ore niſus concipit̄, fauciūq; conamen æditur, ita vt nunq; cū ea quæ à tergo

tergo ſequit̃, intra dictionis complexum hærere poſſint, vt kaméz, tzére, chireck iod cholem, vau ſureck, de quarum virtute latius infra, hic ſimplices tantum figuras quid'q; ſingula pronunciationis habeant, omnino craſſa (quod aiunt) minerua oſtendam.

A Primũ eſt kámes, trãſuerſa linea, ſub lr̃a iacens, cui quidẽ ad imũ exile punctũ ſubdit̃ ̄ q̊d ſcribarũ licentia (quos סוֹפְרִים appellãt) ĩ hãc quã nunc publice vulgo'q; figurã habet, cõmutauit: ipſius ꝓnunciatio atq; poteſtas, eſt a porrecti apud latinos, vt אָבָגָרָהָ A, ba, ga, da, ha.

E Tzére q̊d alio noĩe exiguũ kaméz dicit̃, etiã ſub cõſonãte lr̃a diſparſum iacet. Sũt duo minuta pũcta, quorũ alterũ, alterius latus claudere videt̃, e longũ, vt אֵבֵגֵרֵהֵ וֵזֵחֵטֵיֵ E, be, ge, de, he, ve, zdé, che, the, ie, conſtituet.

I Tertium eſt chireck iód, punctum quidem quod ad figuræ corpus pertinet, valde minutum, etiam ſub imã literam depreſſum. Atqui cum i longam vocalem Hebræis faciat, perpetuo poſt ſe, in literarũ ſerie tñ, iód trahit, ceu proxima cum hoc elemento affinitate iunctũ ſit, vt אִי בִי גִי דִי הִי וִי זִי I, bi, gi, di, hi, vi, zi.

O Chólẽ, o ꝓductũ valet, vno ſtigmate, eo'q; minimo, ſolũ ſup̃ lr̃am figurat̃, & ne cũ accentu rabia, q cõmatis in ſiſtẽda or̃onis parte, munere fungit̃, cõmiſceas, ſiniſtrũ elemẽti latus occupat.

Nonnunq̃ & vau, propter ſcripturæ plenitudi-
nem, ipſum affinitatis natura conſequitur, vt
אוֹ בוֹ גוֹ דוֹ חוֹ vel אֹ בֹ גֹ דֹ חֹ O, Bo, Go, do

Poſtremum inter maiora puncta (ho.
eſt Sureck, quod vt non multum à ſuperiori p
latione differt, ita & ſitu quoq; non admodum
diſtat, ſiquidem cholem vt vnica inter vocales
notas ſupra literam ſuam aſſurgit. Eum ad mo-
dum Sureck intra ſolius vau, ceu matris gremi
um ſeſe continet. Solum itaq; ſignum hoc intra
literarum ordinem atq; contextum ſeſe tuetur.
Nam reliqua ad vnum omnia, præter cholem
perpetuo ſub ima baſi inferne collocantur. Pro-
truſis labijs & in orbem coëuntibus rotundio-
re mugitu pronunciatur, quemadmodum ve-
teres quidam Loumen & ſcribebant & pronun
ciabant, vt אוּ בוּ גוּ דוּ Ou, bou, gou, dou.

Puncta breuia præter literam quam habẽt
à fronte conſonantem etiam à tergo proxime ac
cedens elementum ad conſtituendam ſyllabam
aſſumunt. Quamobrem haud quaq; ſola ſeor-
ſum faciunt ſyllabas, ſed inter vtramq; literam,
hoc eſt, ſuam & proximam, ceu vinculis aſtri-
cta, coacte ſpirant, vt prima in מַלְאָבִי mal, a-

A Prima inter correptas voces eſt Pá- (chí.
thach linea recta conſtans, quæ in pronunciãdo
os hominis diducendum eſſe commonſtrare vi
detur, valet a clarum, quidam docendi gratia

Itali-

Italicum appellant, vt אַב אַג אַד, ab, ag, ad.

E Secundæ nomen est páthách páruum, hinc forsitan appellatione ducta, quod simili propemodum oris figura diducat labia pronuntiantis quemadmodum páthach. A figura quoque plærique vocarunt zégol. Duabus enim notis vt in tzere pene coeuntibus, tertia decenter æqualibus vndique spacijs subditur, vt אֶב אֶג אֶד Eb, eg, ed.

I Chireck exile punctum i valet, vox tenuissima cum sit, fere per dentium rimulas erumpēs minimo etiam puncto habebat opus. Nec adeo dissonum est quod quidam à חָרַק charáck dentibus fremere, puncto nomē indiderunt. A rabbinis etiam chiréck baló iód, id est, chireck sine iod appellatur, eo quod in hoc ordine contractarum vocum nunc̄ post se iod ferre possit, vt שִׁמְעִין simhhón.

Kaméz chathúph siue מְלֹאפִים figura quidem à sui nominis voce longa, kaméz, non differt, sed potestate. Illud em̄ á longum, hoc o breue constituit. Quapropter cum ad sequentē sese literam pertinet, aut daggés, aut sauá, post se natura desiderat. Alicubi vero cum dictionis vltima vocalis est, per macképh accelerandi properandiq; notam ad maturandum sonum astringitur. Nonnunc̄ autem & in quibusdam verborum futuris, præeuntem accentū habet. Por-

rō ne vocalis iſtius incognita vis, rudioribus imponat, Hiſpani doctores, hac in re ingeniorū imbecillitati cōſulētes, ſauá, dextero lateri adnectunt amphiboli deuitādi grā. Tametſi & iſtuc q̄q; aduerſus pūcti naturā genium q̄; fiat, quēadmodum in ꝓgreſſu cognoſces melius. Exempla ſunt ī ſequētibus dictiōibus primæ ſyllabæ אָכְלָה ochlá cíb' חָכְמָה chochmá ſapiētia eruditio, כֹּל־עוֹת colhóph oēs volucres וַתָּשָׁב vattáſob, & redīt vltima kamés chathúph, ad diſcrimē kames rachab cognoīat. O breue cōſtituit, hæc etiā nūc vulgo ſic ſcribunt, חָכְמָה בָל Vltima vocalis correpta eſt kibúz ſaphathaím ab aſtringēdis colligēdisq; labīs, nomē habet. Exilius omīno quiddā magisq; tenue q̄ שׁוּרָק inſpirat cōſonātibus, noſtri v gallicū appellaue rūt. Quibuſdā ī dictiōibus imitāt germani facillime, dū ū duabus ſuperne notulis inſignitā exprimūt, q̄ties aut ianuā dicere volūt, aut oſculari, thür, küſſen. Tria atq; ea quidē miníma pūcta cōplectit, leuā verſus à dextro gradatim aſcendētia vt prima, in שֻׁלְחָן ſulchán mēſa אֻם vm דֻם dum &c. Vt aūt pcipias cōpēdioſius q̄ volumus omnia, aliquot ſyllabarum formulas q̄ tibi & vocum & litera rum vtcunq; commonſtrare poſſint naturam, ſubiecī. In præſentem itaq; tabellam quæ diſcriminatas voces continet, oculos deflecte.

Vocales porrectæ.

אֵ בֵ גֵ דֵ הֵ וֵ	A, ba, ga, da, ha, va.
אֵ בֵ גֵ דֵ הֵ וֵ	E, be, ge, de, he, ve.
אִי בִּי גִי דִי הִי וִי	I, bi, gi, di, hi, vi.
אֹ בֹ גֹ דֹ הֹ וֹ	
אוֹ בוֹ גוֹ דוֹ הוֹ וֹו	O, bo, go, do, ho, vo.
אוּ בוּ גוּ דוּ הוּ וּו	V, bu, gu, du, hu, vu.

Vocales correptæ.

אַב אַג אַד בַּג בַּד	Ab, ag, ad, bag, bad.
אֵב אֵג אֵד בֵּג בֵּד	Eb, eg, ed, beg, bed.
אִב אִג אִד בִּג בִּד	Ib, ig, id, big, bid.
אֶב אֶג אֶד בֶּג בֶּד	Ob, og, od, bog, bod
אֻב אֻג אֻד בֻּד בֻּד	Vb, ug, ud, bug, bud

De punctorũ discrimine.

Caput III.

ATqui maiora pũcta cũ ꝑ se liberã atq; expeditã reddant vocẽ, quẽadmodũ sup̃ dictũ est, atq; id quidẽ oĩno citra proxime sequentis elemẽti cõmistionẽ, neq; daggés, neq; sauá mutũ post se possunt ferre. Abrũpũt. n. hæc duo vocẽ, & velut neruis impediũt, alioq liberũ vocis exitũ. Plærũq; v̊o qñ iuxta ꝓductã vocalẽ accẽtꝰ cõsedit, mox proxima lr̃a dagges intẽdẽdi notã intra sese recipiet, vt יָמוּת לָמוּת quæ tñ ita ꝓnũciãda sunt æq; acsi יָאֲמוּת לָאֲמוּת iáãma mare v̊sus, láamma q̃re,

ecquid ſcripta eſſent בְּדִי לְהַפְרִיד בֵּין חֲקָמֵץ וְהַגָּשׁ Cadélahaphrid ben hackamés vahadaggés, id eſt, vt vel ita demum poſſis cõmode à dagges inter pronunciandum ſeparare camez authore Rab Iacob בן חיים Conſimilis ſanè diſtinguendi ratio eſt, quum dictionis fine, conſonans, longam vocalem, ſed accentu eleuatam excipiet. Vbiq; enim libere citra'q; ſequentium literarum complexũ pronunciant, vt אַבְרָהָם Abrahám quo quidem loco kamez poſtremũ totis viribus intendendum, & velut congeminandum eſt, ne ſauá, quod in vltima litera clàm deliteſcit, ipſum conſtringat. Enimuero huius tam efficacis potentiæ cauſſam doctiores Rabbini tradunt quod cum voces productæ, literas (quas אחורי ſymbolicõs appellant) ſiue palàm adſcriptas, ſiue clanculum deliteſcẽtes genuina quadam attrahendi natura poſt ſe requirant ſemper, neceſſario non modo liberiorem, ſed etiam validiorem vbiq; pronunciationem: q̃ reliqua puncta deſiderare, q̃ enim quæq; maxime extẽ detur, tam expreſſiſſime ad aures quoq; vocem proferet ſuam.

Ex quibus patet & breuium natura, quæ in omni loco diuerſa fere officia exercent. Nam poſt ſe venientes literas cum ad daggés, tum ad ſauá quoq; quod ſono caret coarctant. Quamobrem & intra ſequentis literæ complexum ca-

pri-

ptiua ſonant, & omnino abruptum quiddam, fractumúe ad aures proferunt. Si non accentus, qui & his quoq; interdum adſcribi ſolet, vocalis natura correptæ ceu vincula, quibus aſtricta ligata'q; fuit diſſoluat, diſrumpat, & tanq̃ eui denti morandi nota ſolutam extendat, vt דַּבֵּר dabbér loquere קָדְשֶׁךָ kodſécha ſacrarium tuum. Daleth cum páthach a daggés. Item koph cum kaméz chathúph de proximo à ſauá excipiuntur. De accentu vero breuem alioqui vocem exporrigente exemplum eſto וַיִּבֶן vaiiben & ædificabat אֶרֶץ éres terra מֶלֶךְ melech rex.

Poſtremo nec mutas illas אהוי literas, hoc eſt citra punctum adſcriptas, à tergo, vllo vnq̃ pacto ferunt. Habet tamen neſcio quid latentis enargiæ, iuris'q; proprij, præter cætera, vocale punctum zégol, videtur enim cum vtriſq; promiſcuam habere naturam, ſiquidem breue cum ſit, recte quidem poſt ſe daggés, interdum etiã ſauá claudendis finiendiſúe ſyllabis aptam notã admittit. Ex longarũ autem ſiue productarũ vocum communione, perinde atq; porrecta vocalis eſſet, præter conſuetudinem præter'q; breuiũ naturam, ſæpenumero etiam ab אהוי (vt eas à tergo quieſcentes habeat) non abhorret, ſicut vides ĩ דְּבָרֶיךָ גּוֹלֶת פֶּלֶא péle, golé, dabarécha, miraculum, reuelans, exul, ſermones tui.

Cæterũ tam longa q̃ breuia puncta מְלָכִים

mala

malachím.i.regũ noĩe censent̃, q̃d ad constituendas inchoandas'q; voces, ex æquo oĩa dominentur. Non em̃ vel hiscere quidem labijs, aut vllũ eum'q; minimũ vocis strepitũ ædere queas, nisi vocales exitũ dederit, atq; oris claustra reserauerint. Cõsonãtes ergo lr̃as, q̃ conamĩa tm̃ & nisus quidã sunt, imperio suo, vt supra dictũ ẽ, gubernant, tametsi int̃ sese temporũ spacijs atq; discrimine variẽt. Plus em̃ moræ & interualli אִי ׃ וּ voces lõgæ requirũt, q̃ breues אֶ אֲ אָ ׃ Quapropt̃ lõgas ꝑ duplicatas, siue geminas vocales, cõtractas tñ, experiundi gr̃a principio, donec legendi cõparaueris vsum non incõmode ꝓferes. Breues aũt ꝑ simplices tm̃, quibus semꝑ à tergo proxima cõsonãs adhærebit, vt בְּרֵאשִׁית בָּרָא bareêschiîth, baâ, raâ, in principio creauit, יִתְיַצְּבוּ מַלְכֵי אָרֵץ Iithiazzabú malché áres. Astiterunt reges terræ &c. Ca. IIII.

De Sauá puncto seruili, & quõ cõponat̃.

PRæter decẽ pũcta vocalia, adhuc vnũ habẽt Iudæi, hac quidẽ figura : sed nomine, sauá. Qd̃ equidẽ haud aliter q̃ Proteus, aut vertũnus q̃spiã in omnẽ sese formã, habitũ'q; trãsformat, imitat̃ em̃ oẽs alias voces (si qñ ꝓfert̃, nõ em̃ perpetuo sonat) ꝓlatiõe. Adeo variũ atq; instabile pũctũ est, vt empusa esse possit. Siquidẽ nũc a, nũc e, interdũ i, nõnũq̃ o, alibi vero & u q̃q; pro diuersis lr̃arũ adfectibus, cũ quibus nectit̃, repræsentat.

ſentat. Cū itaq; certi ferè nihil ſtatuat, neq; in dictione monoſyllaba ponet vnq̄, neq; accentū ferre, neq; dictionis principio cōgeminari poterit. Alienū planè à reliquarū vocū natura, q̄ cū in ſyllabis cōſtituēdis regali quadā maieſtate præmineāt, iſtud aut p̄currendo, aut comitādo, illis ſeſe miniſtrū præbet. Quāobrē veterū grāmaticorū prudentiſſimi iuxta ac doctiſſimi, vocalis pūcti noīe haud quaq̄ ſunt dignati, ſed oēs vno ore מִשְׂרָתָה Maſarétheth. i. miniſtrādi notam, aut בֵּר חַמְצָרָא .i. anguſtiæ filiū, nimirū ꝓpter calamitatē & ſeruitutis miſerias, quibus obnoxiū eſt ſauá, appellauerūt. Doctiores certe rabini veteres cū recētioribus ferè p a, vno cōſenſu effe rendū eſſe ſtatuūt, vt מְנַשֶּׁה manaſſé שְׁמוּאֵל Samuél בְּנַעַן Canáhhan, quā eqdē lectionē & ſeptuagīta q̄q; inēptres ſæpius ſeruaſſe vident, tāetſi inēdū obſcuriꝰ rotūdiuſúe, inēdū vero diductiꝰ atq; repreſſius, vt hic ad e, illic ad o, magis declinet, ꝓnūciauerit, habent nāq; duo hæc vocalia elemēta (Victorino teſte) cognationem quādā: itaq; facile fieri potuit vt alterū i alterius virtutē ꝓpē affinitatē trāſiret, exēpla ſūt שְׁלֹמֹה Σολομῶν ſolomō רְחַבְעָם Rachabhhám Ροβοάμ Roboám ſolomonis filius פְּנִנָּה phaninná, Græci Φεννάνα phennána verterūt, hæc fuit altera Elkaná vxor, Samuelis ꝑmo. Porró qua ratiōe ꝓnūciando variet ſauá. Itē qñ legendū ſit, qñ nō, infra certis regulis commonſtrabimus.

Obſ

Obſeruabis & illud, ſauá ſimplex (quod tamen aliâs proferri ſolet) cum propter acceleran-di naturam, tum propter inſtabilitatem ſuam, ſub literis gutturalibus אחהע non poni. Siqui dem ab his ceu capitalibus hoſtib⁹ ſemp fugiat. Habẽt em̃ iſtæ præ cæteris, neſcio quid difficultatis, atq; in efferendo (cum ventoſæ ac ſpiritales ſint) tardioris moræ. Difficilius enim cum nullis reliquorum proferendi inſtrumẽtorum adminiculis iuuentur, exeunt. Cum itaq; ſauá motu rapidiſſimum ſit, celerrimeq; proferatur, in vnam ſyllabam cum prædictis literis coire haud quaq; poterit. Eſt itaq; decenti quadam tẽperatura atq; grauitate miſcendum. Quapropt igitur cum kamez ◌ָ - & zegol ◌ֶ componitur dilatandæ pronunciationis ſuæ gratia. Neq; tamen eó temporis aut q̃titatis aſſurgit vt vel lõgis vel breuibus conferri poſſit vocibus, nur q̃ enim ſiue ſimplex, ſiue compoſitum ſit, ſolu dictionem conſtituit, vel accentum tolerat, ſed omnino breuiſſima (ſi quæ docendi gratia deſignari poſſint) vocalia conſtituit. Quoties igit gutturalis litera occurrit, quæ propter gramma ticam affectionem ſauá requiret, ex his compoſitis commiſtiſue punctis, vnum ſimplicis quidẽ loco ſubſtituimus, vt vicariam operam præſtet pro cuiuſq; literæ natura, vt eo melius atq; planius preſſiusq; percipiatur id quod ſyllaba ex duobus contrarijs elementis compacta facere ne

qui-

quibat. Commutat etiam & hoc loci veterem nomenclaturam. Nam hic non amplius ſauá, ſed חטף nominatur, vt chathéph kaméz _, chathéph páthach _, chatheph ſégol _, nimirũ quod raptus ſeu feſtina acceleratio ſit trium punctorũ kamez, pathach (id enim חטף ſignificat) & zegol, kamez autem hic puncti ſauá acceſſione nõ vocem illam longam, ſed breuem potius quæ aliâs kamez chathúph cognominatur, ſignificat. Huius enim vocalem expreſſionẽ exitum'q; potiſſimum chatheph kamez imitatur pronunciatione, vt אָהֳלוֹ oholó tentorium eius, non ahalo, vt à kamez racháb ſit chatheph kamez ſed à kames chathúph ſiue malepóum Chatheph páthach a breuiſſimũ, vt יַעֲמוֹד iáhhamód ſtabit conſiſtet cháteph zegol e rapidiſſimum efficiet, vt יֶאֱסֹף iéezóph colliget auferet. In omnibus ipſa chathaphin vides ac perſpicis inter duos accentus elongandi, eſſe omnium vocum acceleratiſſima. Perſæpe vero in alienam hæc κακοφωνίαν linguam tranſfuſa: in vnam ſyllabã contracta coëunt, vt hiatum & duarum vocum hiulcam aſperam'q; pronunciationem vitemus vt pro יַעֲקֹב iáhhakób Iacob et Iacobus efferẽ.

De literarum figuris, & quomodo ſingulæ depingendæ ſint, ex veterum traditione.

Caput quintum.

PRiusq̃ autem ad potestates literarũ, earum'q̃ virtutes accingar, de figuris earũdem, & quibus vnaquæq̃ aut linea, aut corpore, constituat̃, prius vtcunq̃ prælibare, & cõmodissimũ & vtilissimũ esse existimaui. Nam si non probe literæ figuram perspectam habeas, omnino frustra, & vim ipsius, & quid valeat, cui'q̃ è nr̃is respondeat peruestigabis. Siquidem ante om̃ia elementi nota & character, non cognoscendus modo, sed etiam in animum infigẽdus est. Quãrem, dum quidã interpretum non satis diligenter animaduerterũt, factũ est, vt vel in rebus minimis grauiter hallucinarentur. Exiguus sanè hic est lapsus, vt Γαϊδάδ pro עִירָד chanochi filio. Item Raguel pro רְעוּאֵל quis legat: quandoquidem non adeo multi refert fortassis, quo q̃s nomine seu appellatione censeatur. Tametsi ne ad istum quidem modum satis, quod à scriptura sacra adfertur, vnq̃ eludi possit. Nam ea, quæ à numine vel dicta vel scripta comperiuntur, firma atq̃ immutabilia esse oportet, vsq̃adeo vt ne apicem, aut iota quidem minimũ negligas, multo minus inscitia transmoueas. Quod si locus sit, in quo vel vna, ea'q̃ minima, vel mutata, vel transposita, vel expuncta litera, spiritus sancti voluntas non consistat. Nonne ad eum modum, qui oscitanter explanabit, falsarius aut proditor potius, habendus sit q̃ interpres.

Pro-

Proinde vt non postremum est, vnamq; q; literam discriminatim agnouisse, Ita quoque vt istuc facere commode possis, non minimum operæ, in eam rem tibi à me collocabitur.

Principio itaq; quod equidem ad orthographiam spectat, alphabetum Hebræis duplex esse deprehenditur. Alterum, quod vt est, & habetur quoq;, altero multo prius atq; antiquius, ita etiam multo q; alterum, minus corruptum est, ac minus deprauatum. Quod vtiq; & miraculi vice esse possit. Nam cum nulla natio sit, nullus populus, qui tam variis, tamq; iniquis grauibusq; fortunæ casibus obiectus sit, atque Hebræorum ecclesia: mirum est in tantis calamitatibus, tantis miseriis, exilijs, proscriptionibus, inter barbaros quoq;, vel vnam saluam mansisse literam, aut vllum vocabulum genuinam illam & primam linguam potuisse referre. Quamobrem quid aliud dicemus, q; diuina bonitate, & in perpetuam nominis de hac gente memoriã, quicquid id est monumẽti supesse. Proinde cum hoc sit, & antiquissimum, & minus deprauatum, non minus Græcis, Barbaris, Hispanis, Aphris, Syris, Ponticis, atq; reliquis, quocunq; gentium terrarumq; sint dispersi, q; nostris quoq; Iudæis commune est, omino modica literarum apicumq; (qui literarum partes constituunt) varietate distinctum. Eadem ab omnibus veneratione, acceptum, atq; religione

ſeruatum, quod hoc etiam patres illi priſci & ve-
ræ fidei, & om̃is virtutis viua quædam exem-
pla Abrahám, Iiſchac, Iaacob & qui longo de-
niq; poſt tempore, Iſraeli dux & liberator à dño
datus eſt Moſe, cæteri'q;, in tranſcribendis legi-
bus ſacris, & diuinis illis ad poſteritatem tranſ-
mittendis præceptis, ſunt vſi. Quamobrem ve-
teres quidam Rabini, nimirum vt rudiores, vel
ipſa nominis appellatiõe, ad exoſculandũ, atq;
conſeruandũ à patribus tranſmiſſum, acceptũ'q;
donum pertraherent: hoc Abcdarium בְּתִיבָה
אַשּׁוּרִית ſcripturam aſſyriacam' appellauerũt.
Nempe quod à maioribus illis, qui ab Aſſúr
primum ad Cananæos, hoſpites venerant ac pe
regrini, iſta ſcribendi ratio, pingendi'q;, ſit vſur-
pata, & ad poſteros tranſmiſſa.

Cuius rei & inter recentiores quoq; חָבָם
מִבַּל־הַמְּדַקְדְּקִי Rab. Elias Leuita, poſt Abra
hamũ medicũ, cõmeminit. Pingẽdi character (in
quit) quẽ germani noſtri breuitatis gr̃a, nõ ſine
culpa tamẽ ſimpliciter בתיבה nominãt בתיבה
אשורית character aſſyriacus, aut ſcriptura aſſy
riaca, dicendus eſt, לפי שהעלו אותו עמהם
מאשור Atq; id equidem, quod eum ipſi ex
aſſyria ſecum exportauerint.

Porró cum huic Rabbinorũ iudicio, diuus
Hieronymus alicubi ſuorũ operũ, refragari vi-
deatur, cuius ſententiã, quæ apud cordatos oẽs

&

& Christianos hoïes plurimum vbiq; & põderis et authoritatis habere mereť. Vt hic nõ refellã ita nec prorsum sũ ãplexurus, sed huic cõtrà stu diosis hoïbus, Picum illum nõ modo mirãdulæ suæ, verumetiam totius Italiæ decus, quàm humaniter atq; modeste Hieronymi sententiam interpretetur adferam, qui in epistola ad ignotũ quendã amicum, ita scriptum reliquit.

Et vt ad ea veniã (inquit) q̃ de Chaldæorũ hebræorũq; lr̃is, desyderas: percũctatus sum ego sæpe Mithridatẽ, & multos Hebræos: de his quæ apud Hieronymũ in galeato ꝓlogo legũtur, vbi ille scribit, eosdẽ olim fuisse Samaritanorũ & Hebræorũ characteres Ezdram aũt post instaurationẽ templi sub Zorobabel alias adinueniſſe lr̃as, quæ nũc sunt in vsu, nescios se, huiꝰ mutatiõis oẽs prædicãt, & (q̃d maius est) ꝓ cõperto habẽt, ñ̃sdẽ, quibus nũc vtimur in hebraica lr̃atura, apicibus, vsum & Mosen & patriarchas antiq̃s oẽs, cui sentẽtiæ, vt nũc mihi subuenit, fidẽ maximã facit, sciẽtia Cabalæ, cuius scriptores, q cũ ipo Esdra in synodo fuerũt, sub ip̃is lr̃arũ characteribus & figuris, qbus nũc legẽ de scriptã habemus, dissimulasse Mosen diuina misteria, & volũt & ꝓbãt, q̃d esse nullo mõ posset, si alĩs Moses ab his, qbus nũc vtimur characteribus, vsus fuisset, quo tñ tutari dictũ Hieronymi possĩ, hoc vnũ hẽo q̃d nup legi in cõmẽtarĩs libri, quẽ pat̃ ãtiquus Abraham de creatiõe

edidit. Dum enim duas illas & triginta portas, quarum meminit, autores interpretantur. Dicunt enim numerũ illum ex decem numerationibus & duabus ac viginti literis conflari. Reliquas autem literas, quæ sunt caph, mem, nun, pe, tzade, quæ duplices dicuntur, quarum characteres sunt כ ך מ ם נ ן פ ף צ ץ ab episcopis, siue præfectis additos fuisse. Hoc forte Hieronymus, intellexit, cuius testimoniũ & haberi apud oẽs, oĩbus in rebus, debet & habetur pro secto, apud me sanctissimum, Hactenus Picus.

Quo sane scripto, quid obsecro pro nostra sententia, potuit adferri accommodatius, quid etiam clarius dici potuit? Cum itaq; rationem istam scribendi verum illum hebraicæ linguæ characterem constituere, eumq; veterem illum esse, quo & patres quoq; sunt vsi: compertum sit. Non inutiliter operam suam locauerunt, Iudæi quidam, qui tanti muneris etiam conseruãdi gratia, de literarum constitutione libellos varios conscripserunt, inter quos & Rabi Akiba, Rab abraham medicus, & alij plærique connumerandi sunt, quorum nos & vestigia atq; authoritatem sequimur.

Alterum vero alphabetum ex superiori manauit, sed cum magis ductum, & ferè cuiusq; prouinciæ, in qua Iudæi exilij sui pœnas luunt, genium sapiat, longius à superiori & figuris & liniamentis deuiauit. Videmus siquidem aliter

pau-

paulo quasdam literarum formas hispanos, aliter ferè Arabes, multo omnium diuersissimo modo, germanos nostros exprimere. Et vt semel dicam, quot sunt hominum manus depingentium literas, tot ferè scribendi rationes diuersæ reperiuntur: Ex quibus omnibus hæc vna tamen & probatissima & optima censebitur, quæ, aut q̃ proxime ad assyriacam illam accedat, aut saltem q̃ minimũ ab illa differat. Hanc autem (quod singularum prouinciarum aut singulorum hoim potius sit) כְּתַב הַמְּרִינוֹת (Abrahamo teste) hoc est prouincialem aut patriam, aut vernaculam, scripturam, appellare licebit.

Præterea cum pro cuiusq; ferè describentis ingenio facile mutetur, nihil cum ea sacrum sed cõmentarios tantum, epistolas, & alia quædam, quæ byblica non sunt, scripta depræhendes.

Ad hæc, cum & facilioris ductus sit, & minori opera constet, vulgo vt est ad imitandũ facilior, ita quoq; frequentius vsurpatur. Altero vero hunc in vsum ferè solum destinato abcdario cum difficilius forte pingeretur, vt eo tantum quicquid aut sacrum, aut sacri loci esset, nimirum quicquid è sacris illis voluminibus desumptum, ceu sacra res sanctioribus etiam characteribus depingeretur.

Ex his itaq; cum facile cuiuis constare possit, q̃tum incommodi, ex non bene agnita, aut ne-

glectim præterita literæ forma naſcaꝫ. Item qui nunc vulgo Hebraicæ linguæ, verus & genuinus character eſſe dicaꝫ eruditis, præterea q̄ multiplex ſit ſcribēdi ratio. Nunc ad depingēdi præcepta, & literarū formas (quemadmodū inſtitueram principio) me conuertam. Primū aſſyriacæ ſcripturæ exemplar, q̄tum fieri poterit ſimplex, emendatū, atq; abſolutū proponens, citra oēs laſciuientiū ſcribarū inflexiōes, ductus, connexiones: vt vel ita nihil obſtaculi ſit adoleſcēti ſtudioſo, quo minus, nō mō integrā cuiuſq; literæ figurā aſſequaꝫ, ſed etiā cuiuſq; figuræ ſingulas portiones.

De conſtitutione Aleph.

Aleph, in hunc ferè modū cōponitur, ſi prius latiori calamo (q. ad hoc picturæ genꝰ adhibebiꝫ) à ſiniſtra, in qua quidem figuræ parte, eminētior eſt līa, lineā traxeris dextrorſum oblique declinantē, atq; deſcendentē, cui ſupne ferè ad mediū, ió extrema imaq; cauda, inferne aūt vbi tñ maxime leuata eſt, vau inuerſū annectiꝫ. Obſeruata q̄tum equidem fieri poſſit, vtriq; (quæ in omnibus quoq; literis vnice ſpe-

ce ſpectanda eſt) proportione, hoc eſt, vt iód, lineæ cui ſuperne inſidet ſupremam cuſpidem acúmine, longitudine non excedet, ita nec vau in ima literæ parte, lineæ ſuæ ſpacium ſuperabit.

De conſtitutione Beth.

Beth, duabus atque ijs etiam tranſuerſis, lineis conſtituitur, inferiori autem quã quæ ſupra incumbit, aliquãto protractiore, ac nonnihil dextra ſui parte ſurſum reflexa, quas deinde tertia inſtar columnæ erecta (vbi inferior ſurſum afflectitur) connectẽs, ſuperiorem etiam, minuta cuſpide tranſfigit. Quod equidem vel eam ob rem fieri crediderim, vt appareat vndiq; Beth angularis figuræ eſſe literã. Siquidem hoc nomine à Caph, quæ ad obliquum eumque rotundatum flexum tendit, differre putatur. Tametſi hodie plurimi ſint, qui ex ima literæ parte, hoc (qualecunque diſcrimen eſt) ſoleant animaduertere.

Præterea in hac, quemadmodum in alijs penè omnibus literis, obſerua figuræ ductum, vel à puncto, vel ab acie quadam ſurſum exacuata, fluere.

De constitutione Gimel.

Gimel, aut ex vau longius quidem protẽso, cui ad imum sinistra sui parte crassius punctum, ió d, nõ absimile accessit, aut ex nun inferiori literæ sessione dissecta componitur, etẽ facillime, nisi caues cũ huius elemẽti figura permiscebitur. Vitabis autem id mali, si caudam aliquanto largiorem adieceris.

De figura Daleth.

Daleth ex beth, inferiori resecta linea, componitur, quidã superiori (quemadmodum & in beth quoq; fieri obseruauimus) linea, dextra sui parte stãtem illam, ac literæ corpus sustinentem leuiter hunc in modum circumuoluũt. Literam inuerte, & gnomonem, planissime expresseris.

De constitutione He.

He

He ex Daleth componitur, cui à siniſtro columna ceu fulcrũ quoddam, idq; erectum, haudquaquam ſuperne ſuperiorem lineam contingens, ſubñjcitur. Quem certe meatum, quantumcunq; mínimũ etiam, ſi clauſeris, obſtruxeriſúe, pro He tibi cheth formabitur.

De conſtitutione Vau.



Vau à ió d, ſola lõgitudine atq; protenſa línea differt.

A ſiniſtra lineam tranſuerſam eam'q; minimam, breuiſſimã'q; dextrorſum ducito. Deinde ſi calamum ad læuam reduxeris, ibi'q; deſinas in exilem quandã aſperitatem ió d depinxiſti.

Quod ſi vero ad imum vſq;, nonnihil arundine obliquata, aut ære dextrorſum incuruato, lineam traxeris, verſus menſuram contingens, Vau litera conſurget.

De conſtitutione Zdain.

Zdain, ſuperiori tranſuerſa, cornuta vtrinq; accuſpidata, etiam contractiori linea conſtat, cui breue & craſſum quoq; velut in malleo manubrium, ne cũ vau commiſceri poſſit, appingas. Alij in hunc modum, alij vero ſic compoſuerunt.

De conſtitutione Cheth.

HIc omnino nihil, præter illud quod ſupra diximus adijcendum eſſe putaui, niſi quod Rabi thammius (citante Abrahamo) hanc literam putet eſſe gibberoſam. Sic enim ille ſcriptum reliquit,

יש לעשות שני זיניז עם החוטרת וגם מקל זקוף לצד שמאל



Omnino (inquit) componenda ſunt duo zain cum extante gibbo, ita tamen vt virgula ſiue erecta linea à ſiniſtra literæ parte ſurrigat in hunc modum, Verum quanq; id quoq; & Rabi hakiba qui rationem alphabeti ex profeſſo conſcripſit, placuerit at

rit, attamen vulgo Salomonis sententia vsu recepta mansit qui בְּגַג הַיְשֵׁרָה bagag haiasará. i. cum superstrato, siue tectorio, siue tegmine recto, depingendam hanc literam esse voluit, non sinuoso, aut in obliquam curuitatem flexuoso.

De constitutione Theth.

Theth primum, ex zdain, deinde ex caph, de cuius figura ꝓxime dicam, sed imperfecto, ferè componitur.

Operam dabis, vt ima parte consolidetur. Præterea ne superne literæ flexum ductùmúe, nimis dextrorsum incuruatum, intus agas. Nam ita, cum phe curuato, multam habet hæc figura similitudinem cui zdain adiectum est.

De iód supra dictum est, Attamen coronarum aut punctorum superne extantium, vide, vt rationem habeas, nisi omnino malus velis esse pictor.

De constitutione Caph.

Caph



Caph plicatum duabus itidem lineis, verum æqualibus atq; transuersis, constat, quæ p̄ subobliquam, dextram versus lineam, citra angularem siue aciem, siue asperitatem, combinantur. Inferne superneq; vbi committuntur, obtusam literæ figuram reddūt. Quod si tm̄ extra, q̄tū intra versum est, protraxeris, talis certe figura resultabit, quæ noibus, verbisq; caph terminātibus, à prīscis adaptata c̄.

De constitutione Lamed.



Laméd duas ī sese literas cōplectitur vau & resch, Etem̄ prius vau cū duabus cuspidatis acíebus pingimus, lōgiori linea, recta ad ímū descendente, à q̄ rursum p̄ trāſ

uer-

uersum, recta dextram petimus, quo cum peruentum est, molliter obliquato flexu, nonnihil declinantes, denuo versus sinistram, à tractu desistimus, quí ductus Resch (quæ inter rotundatas literas à Rabbinis numerat) describit. Quãq; & hoc quidam obseruarunt in imo puncto Lamed reflexum quendam, eumq; modicũ esse quí magis præcedentem q̃ sequentem literam respiciat.

De constitutione Mem.



Mem quod apertum appellauerunt grãmatici, partĩ ex caph plicato (de quo supra diximus) partim vero ex vau ad sinistram affixo nascitur, verum ita vt imam literæ seu basim seu sessionem appellare velis, nusq; contingat. Cuius rei nisi ratio constiterit tibi, facillime à vera literæ pictura, ad peregrinam aliquam descriptionem declinaueris. Potissima vero dignoscendi in hoc elemento nota est, in imo lateris sinistri, hiatus, et obliqua in tergo siue obtusa rotunditas. Quidam inferiorem lineam à beth mutuari credunt, cum sæpius ad angularem formam eamq; exacuatã vbi con-

conſerrũminatur tendere videatur,

Qñ aũt finalis erit litera, quatuor oñino huic elemẽto accediũt anguli (quod euidens argumẽtum eſſe poſſit eorũ qui nõnihil cũ beth affinitatis habere credunt) Item vau ſiniſtro adhærens, cũ ſubiacẽte aut ſubſtrata linea cõſolidatur,

De conſtitutione Nun.



Nun ex Gimel conficies, ſi nõ infractã ſed integrã lineã ſubſtraueris, amputata quæ in gimel propendere ſoleat largius, atq; reſecta cauda, Præterea & beth q̃q; dextra ſui parte, propterea q̃d inferior ſuperiorẽ lineã aliquãto ſpacio ſuperet, cõferenda eſt. Eadẽ ſi vltimũ in dictione locũ occupabit, c̃ta c̃ta eſt, ſeſe extra verſum in imo, vbi curuata fuit explicabit.

De conſtitutione Zamech.

ZAmech, trãſuerſa línea primũ, à ſiniſtra, modicũ capiente flexũ, in dextrũ ducit, vbi ſenſim nõnihil obliquato, atq; in imũ declinante calamo, circularit ĩ gyrũ ſiniſtrorſum vñ exĳt, circũuertit, donec ſupernã illã quã principio depinxiſti lineã, aliquãta cuſpide extantẽ, contigerit. A

mem

mem finali, in orbem rotũdata forma discernit.

De constitutione H Haain.

H Haín, vau literã, versus læuam aliq̃tũ ima parte reflexã cõtinet, à cuius deiñ medio, vbi arcuato flexu sinuosa ẽ, in rectũ, z dain excrescit. Caue bis inter depingendũ, ne duo illi velut ex eodẽ stipite rami literæ bicipitis, hinc inde capita constituentes, superne committantur.

De constitutione Phe.

Phe, ex caph plicato constituit, cui à superiori fastigio vau, sed inuersũ q̃d'q̃ interiora lĩræ penitus introspiciat supne colligatũ depẽdet. Tãetsi nõ pauci Hebræorũ doctores, angulari flexu, vndiq̃ exacutã esse doceãt, itaq̃ ppius ad beth, q̃ ad caph plicatũ accedere. Infernã elementi basim recta deorsum extrahito, & nascetur ea, quæ verborũ finibus accõmodata est פא פשוטה phe pasutha, id est, phe in rectum exporrecta.

De

De constitutione Czade.



Czade, sinistra sui parte ductum, & lineamenta nun imitatur, siue longitudine, propter dictionum fines, versum excedat, siue angulis constituta suis, curuamina recipiat. nisi quod hic tergum, propter iód, à dextro, aduersa cuspide immines, cui'q; velut cedere videt, sinistrorsum infractum habeat. Proinde, ne cum hhain (cui quidem literæ, figuræ qualitate proximum esse apparet) confundi possit, iód, non ad infimam literæ calcem, sed illic, vbi fracta est, consolidabitur.

Exporrecta, protensa'q; largius, inferiori línea, quintam, vltimam'q;, finalem literam, perfecte repræsentabit.

De constitutione Koph.

Koph, primum à læua, acuminato multum literæ fastigio ac vertice, lineam haud ita longam dextrorsum ducito, in obliquam flexionem recuruatam & redeuntem. Quam nō nihil intro, dimidium superioris lineæ aduscp spacium, vt reduxeris, hinc denuo dextram versus ac modico ductu deorsum, terminato. Sed ita vt sinuosis alioqui anfractibus obliquatæ superficiei, quæ supra incumbit (quē admodum & in He quoque expressum vides) lineam omnino in rectum extractam, quæ cp versus limitibus ob longitudinem cohiberi nequeat, ceu pedamentum quoddā fulcrúmue (si tangeret superne) futurum, subtendas.

De constitutione Res.

Res, in nonnullis exemplaribus & ijs quidem, ferè quæ nobis aliquot iam sœculis Bohemia & huius æmula Germania suppedita runt (i quibus sane ꝙd ad istā rationem attinet, nō adeo forsitan accurate, germana literarum pictura seruata est) cum

D Daleth

Daleth, assimilem vndiq; figuram habere videtur. Adeo, vt neq; facile (etiam si linceis plane ac serpentinis oculis perspicias) si quid in vtroque elemento, discrepantiũ linearum sit, ductuúm ue, vel discernere possis, vel internoscere.

Esset quidem quemamodum & à quibusdã non inepte præcipitur, in Daleth, aliquantulo, eo'q; minimo gibbere extans inæqualitas, erecta linea superior, interim Res litera obtusum illum obliquum'q;, & cui tumor à tergo eminẽs ademptus sit, flexum, vndiq; custodiente. Sed cum hæc à nostris, qui veterum exemplaria trãsscribunt hodie, multo omnium negligentissime, scribis plærumq; & indoctis & ineptis, obseruentur negligentius, fit vt non modo huius sacratisssimæ linguæ nouis tyronibus, verum etiam & illis quoq;, qui iam annis plurimis hebraicantur, ista siue affinitas, siue æqualitas, siue potius literarum confusio, negotium facessat, atq; id quidem satis cum periculo.

Quamobrem singulos porrò moneo, huius sermonis candidatos, nisi prorsus & operam & impensam perdere malint, vt ea sibi primum exemplaria deligant, quæ quantum fieri possit discriminatas literas habeant, quæ'q; ad veterũ præcepta (qui de his rebus cogitationes suas chartis mandarunt) quàm proxime accedant. Qualia sunt quæ superioribus ãnis, hoc nostro sæculo, incomparabilis ille typographorum

κορυφαῖος Daniel Bombergius, non latine modo, verum & hebraice quoque insigniter eruditus, exhibuit orbi christiano, nitidissimis sanè emaculatissimisq; trãscripta characteribus. Tam etsi Constantinopolitanus ille typus, quo mihi ante annos aliquot grammaticum exemplar, cui לשון למורים epigraphe, Rabbi quidam eruditus descriptum ostendit, non omnino malus mihi visus est, propterea quod in eo linearũ ductus, seu columnarum, & suis in locis hemicycliorum quoq; flexus, mirifice distinctos, nõ sit operosum animaduertere.

Cum itaque non minimum, quo discentiũ ingenia iuuari possint, in approbato libro, ad probam iuxta picturam expresso, situm sit, paulo diligentius, tum etiam circunspectius, eos agere velim hodie, qui passim hebræa docent, vt non ita quemuis statim librum arripiant, sed eum tantum qui emaculatissimus sit, cũ delectu quoq; pueris commendent. Nam vt facile ab hoc studij genere inconsueto, teneriores incipientium animi absterrentur, ita vel maxime figurarum, & literarum incõcinna pictura, & lectionis asperitate, prorsus auertuntur, sed ad institutum.

Res igitur à Daleth, vt ex supradictis fit manifestum, plurimum differre debet. Tametsi

principio, non omnino dissimilem vtraq; tractum, sequi videatur, ac filum,, verumtamen si dextrum vtriusq; literæ latus pœnitus introspicias, vbi deorsum incuruantur, modo omniũ diuersissimo constitutas esse depræhendes. Siquidem Daleth cum eo, quod ab imo erecta linea, superiorem literæ trabem aliquãto dextrorsum protractiorem, magis'q; extantem habeat, etiam acuta cuspide, qua velut transfixa coit, superne nonnihil exasperatur. Quãobrẽ vt vno ductu literam describas, prorsus fieri nõ potest.

Atqui Res cum nullam vsq; eminentem vel tumorem, vel asperitatem hoc latere contineat, vno tractu, à capitis fastigio, ad imum vsq; calcem perducitur, adhibito quodam molli & circulari flexu, qui citra inæqualitatem existentem, deorsum obliquatur.

Præterea vbi ad iustam figuræ quantitatem litera deorsum ducitur, obseruarunt quidam, lento, & quod non statim appareat curuamine (quemadmodum & in amplissimorũ circulorum dissolutis partibus videre est) pendentẽ lineam, nonnihil esse inflectendam.

Cum interim Daleth ex superna ac laterali, lineis rectis per rectũ angulum contignatis, gnomonis instar, constare videatur. Et, vt semel finiam, vt Daleth literæ Beth constitutionẽ & linea menta sequitur, sic Res, imò pede reuulso, ex Caph oblique rotundata litera consurgit.

De

De constitutio-
ne Sin.

Sin, Elemẽtum vau ad læuam reductum largius (quemadmodum in Hain commonstratum est tibi) cum Zdain illic vbi desinit, ima corporis sui parte conuincit, multo hinc inde interuallo, ad lineam rectam vtriusq; literæ capitibus in rectum leuatis. Inter quæ oblonga verumtamen subtiliori cauda, iód interiectum

Et donec angulum illum quem vtriusq; elementi conglutinatio facit contingat, porrectũ, collocatur. Quibusdã intermediam literæ partem, vau, quibusdam Zdain, alijs vero iód in uersum esse placuit.

De constitutione literæ Thau.

Thau, à Res, cum qua principio, Nun plicatum, ī vnam corporis ſoliditatem coaleſcit, componitur. Quemadmodum & illi quoque viſum eſt, qui librum Hazō har ſcripſiſſe dicit, Simhon ben iochai. Neq; prorſus vllam cum Phe finali vel affinitatem vel ſimilitudinem habet. Si tantum hoc caues, ne carminis ſepta, protracta magnitudine excedat, attamen ſupernum literæ tectum ali quanta prominentia exuberans, cum ſiniſtro ſubiecto fulcro, vnitum, conſolidetur. Tametſi et ab alijs quibuſdam Rabbinis, nō inter rotundatas literas, ſed inter eas, quæ & angulis, & cornibus, exaſperantur, collocetur. Quorum ſententia ſi eſt vera, non Res, circulariter obliquatæ literæ ſtructuram, ſed multo potius Daleth exaſperatam corōide figuram, ſequetur.

Et hæc quidem hactenus, de ſcriptura cuj ab Aſſyriorum prouincia, cognomentum veteres indiderunt, pro fide noſtra, quantum & doctiſſimorum virorum vſu, & obſeruatione quoq; non modica, nobis comparatum eſt, recenſuimus. Nunc autem & eam quæ ex illa defluxit pingendi rationem, quam'q; vernaculam ſupra ſcripturam appellauimus, ſubiungam, vt vel ita demum commode iudicare poſſit, quiſquis modo

modo non ineptus spectator, aut iudex futurus est, quantum à superiori, longo temporis interuallo, pro cuiusq; ferè libidine describentis, in peregrinum tractum deuiauerit.

Cæterum, quanquam tamen quæ & in hoc genere simplicissima deprehenditur, cum assyriaca ad amussim haud per omnia quadret, Attamen ferè præcipuis lineis, ductibus, curuaminibus, obliquitatibus, nõ plane discrepare videt.

Proinde singularum prouinciarum, aut regionum ī quibus Iudæi degunt, singulas picturas ad animi iudicium, si reuocaueris, ad prius illud, quod etiam המרובעת id est, quadratũ appellant, conferens. Quam tum denicq; propius, ad præscripta depingendi præcepta accedere comperies, hæc erit scriptura omnium optima probatissimaq;: siue illam Hispani suam, siue illam Germani sibi vendicare præsumant. Quod si omino huiusmodi alphabetum è prouincia totum, integrumq; desumi non possit, cum non omnia quæ sibi in hoc abcdario Germani permittunt, proba sint, & apud Hispanos quoq; desyderentur quædam. Vt enim quasdã omnino literas, ad obliquam rotunditatem incuruant isti licentius, ita & illi, nonnullas rectis angulis exasperant liberius. Ex singulis vel vniuersis, singulas, easq; probatissimas desumpsisse literas, quæ orthographiam illam referant genuinam, omni crimine vacabit.

Ad præsentem igitur patriam scripturam (quæ subiecta est) oculos deflecte

Alphabetum, quod quisq; vsurpare poterit, quoties vel epistolam scripturus est, vel ex alio quippiam annotabit.

א ב ג ד ה ו ז ח ט י

כ ל מ נ ס ע פ צ ק

ר ש ת ך ם ן ף ץ

יראת יהוה ראשית דעת

Timor Domini, principium sapientiæ.

De literarum consonantium, pœnes quinq; oris instrumenta diuisione, Ex qua cuiusq; elementi potestas, facile deprehendi possit.

Caput sextum.

Au-

AVthor ille, qui librum de creatione cabalisticum conscripsit (quem Abrahamum patriarcham illum priscum, vt eo forsitan maiori authoritate commendabilis liber esset, plurimi asseuerant) vniuersam oris plagam, diligentissime contemplatus tradidit, quinq; præcipuas esse partes, quæ ad formandas cum discrimine literas, reddēdis vocibus aptas, essent necessariæ, nimirum guttur, palatum, linguā, dentes, & labia. His etenim, ceu adhibitis instrumentis, voces alioqui confusiores, appositis literis, & discriminari melius, & perpoliri.

Literarum igitur aliæ gutturis, aliæ palati, aliæ linguæ, quædam dentium, quædam vero labiorum esse dicuntur.

Quod sane præceptum vetus, quia literarū consonantium, quas exprimere statuisti, sit λίθου ἀρμολογία quemadmodum dici solet, & regula, quæ indicet, qua oris parte, quo habitu nisu ue, quóue litera quæq; instrumento, potissimum opus habeat. Etiam post hunc primi illi & antiquissimi grammatici, religiose conseruauerūt, arbitrantes natiuam illam, & priscam alioqui literarum virtutem, nullo modo vel deprehendi, aut si deprehenderetur, custodiri posse.

De literis gutturalibus.

PRimum itaq;, in hac ſeſe literarum ſecti one, gutturales offerunt, quæ cum ab alijs proferendi inſtrumentis, ꝑterꝙ à ſolo gutture, nihil adminiculi ferè ac cipiant, vocalibus certe ex arteria pro deuntibus, proximæ eſſe comperiuntur.

Quamobrem cum primæ, atq; præcipuæ ſint, quæ exeuntes excipiant voces, de ipſis com modiſſime prius, tractabitur. Atqui, cum non omnes æqualiter adſpirent, ſed alia, ſit alia ſpiritoſior. De his quæ ſunt exiliores, necnon in adflando ſubtiliores, principio dicendum eſt.

De poteſtate Aleph.

א Aleph è gutture leniſſime ſpirat, vſq; adeo, vt afflatum quo vocale punctum ex oris ſpectu producit, vix queas agnoſcere. Ore tantum adaperto, immota lingua, cum vocali, blādiſſime exit. Similem autem cum neq; literam, neq; aſpirandi notam, habeat latinus ſermo, in illis ſyllabarum connexionibus, quæ aleph requirunt, ſimplices nudas'q; tantum vocales adſcribit. Græci vero, qui rerum inuentione fœliciores ſunt, quibus'q; nihil nō ſuccedit optime, per ψιλόν, hoc eſt, per tenuem ſpiritum, exprimere cō ſueuerunt.

Aleph ergo prima Hebræorum litera, cum quibuſcunq; punctis vocalibus connectetur, aſpirandi notam, eam'q; ſubtiliſſimam leuiſſimam'q; duntaxat, valebit. Quapropter & in

prin-

principio noſtri libelli, in ordine poteſtatum, pro aleph, nullam omnino literam, ſed exilioris ſpiritus ſignum duntaxat, vndecunq; haberi potuit, adſcripſim⁹. Exẽpla ſunt אַ אֵ אִ אֹ אוּ aeiou, ἀ ἠ ἰ ὀ οὐ אַבְרָהָם Abraham, אֲבִימֶלֶךְ

He.

H Si linguæ radicem, circum epiglottida nõnihil inter aſpirandum moueas blandiuſcule ac leniter, audietur ſpiritus aliquanto priori denſior, qualis ferè ex latinorũ adflãdi nota, quãdo ſubtilius enũciat, ꝓcipit vt הַ הֵ הִ הֹ הוּ ha he hi ho חֶבֶל חֲבֶל Hébel, Hábel, Kaini frater quem noſtri leui ſpiritu Abelem nominant.

Cheth.

Cheth, litera ventoſa (ita enim omnes gutturales appellare poſſumus) aliquanto grauius, quam ſuperiores, vocibus vbi exeunt inſpirat, Nimirum paulo magis ad gulam ĩcuruata, ac intus adacta lingua. Quidam vt Hiſpani oẽs, & qui Italiam inhabitant Iudæi, denſitatis gratia per χ. Quidam vero vt Germani noſtri per h ſed magis anhelũ efferũt, vt חָא חֵא חִי חֹי חוּ cha che chi cho chu, aut h denſiori, magiſq; ãhelãte, q̃ hodie à quibuſdam edicitur, ha he hi ho hu חַוָּה hauá chauá, omnium illa viuentium mater primi hominis coniunx חַנָּה channá, hannáa, Samuelis mater, à cuius radice, & Iohannes deriuatum eſt.

De

De poteſtate Chhain.

Quod ſi vlterius linguã poſtremam, in partem gutturis remotiorem promoueas, quam בֵּית הַבְּלִיעָה beth habbalichá magiſtri, id eſt, curculionem, aut deuorandi aut deglutiendi locum appellant. Propemodum vocis, ſtrangulatione quadã obſtructo meatu, ſonabis omniũ maxime ventoſum elementum chhaain. Cuius etiam literæ difficultatem & Græci obſeruantes. Vtcunq; virtutem ipſius, per γ, quod ſimili ferè modo æditur, exprimere conati ſunt. Tametſi magis, cœlum palati ſuperius, hæc litera pulſet blandius, hhain interim vel imum gulæ barathrum occupante, plurimoq; vento (quem à pulmone concepit) in gyrum acto, vocis meatum penè conſtringente.

Proinde vt facilius literæ præſentis, naturã aſſequereris (ſiquidem non omnino ſcripto percipi poſſit commode) tantũ nobis docendi gratia permiſimus, vt per h h geminum vtcunq; expreſſam adſcriberemus. Exempla ſunt, עָא עֲא עִי עֹי עוּ hha hhe hhi hho hhu, vt עֲמוֹרָה hhamorá vel chhaamorá רַעְמָה Rahma, vel Rachhma עֲזָה hhaza chhaaza quæ nomina interp̃tes per γ γομόῤῥα, ῥεγμά & gazan enunciauerunt. Ab auibus adeoq; crocitantibus coruis, dum raucum quiddam in extremo gutture (forſitan pituita laborantes) circumuoluũt,

uunt, quam ab homine, potius perdiſcere phas erit. Hunc igitur in ſpiritibus ordinem, quēadmodūm à nobis præſcribitur, obſeruabis, citra ſuperſtitionem tamen. Nam & interpretes pro cuiuſq; linguæ vel proprietate vel natura, paſſim multa confundunt. Sæpius Aleph per aſpiratam grauem Cheth per E leue, vt pro Abrahā Habraham, pro Chauá Eua, pro Noach Noé, pro Chanoch Enoch enunciantes.

Ventoſarum ſiue gutturalium igitur literarum, hic eſt ordo.

א	Aleph	ֵ	leniſſime.
ה	He	H	ſubtilius.
ח	Cheth	Ch,h	denſius.
ע	Hhain	Chh,hh,	omnium grauiſſime denſiſſimeq; expirat.

De literis Palati. גיבק

Literæ palati, quod linguæ vibramine, in palatū ſuperius acto propellantur, ſunt cognominatæ. E quarum numero prima eſt ghimel.

Ghimel.

G Ghimel, leniter reducta introrſum lingua, ſuperius palatū verberādo exit, vt g latinū ante vocales a o & u. Exēpla ſunt, גַּא גִּי גֹּ גּוּ ga ghe ghi go gou, גְּמוּלִי־אֵל Gamaliel, Retribuit perſoluit mihi dominus.

Iód I conſonans.

Iod

Iód leuiori atq; molliori flatu, q; gimel, circa medium palati concauum, eodem propemodũ oris habitu, ſpirando promitur. Caue cum gimel, inter ſonandum permiſceas, quemadmodum in illa, ne cum hac litera confundas. Quod quidem facile fieri poteſt, quoties aut cum chireck, aut cum zere, ſimiliq; puncto connectitur. Exempla ſunt, יַעֲקֹב Iahhacób, יִשְׂרָאֵל Iiſraél cum prima conſona יְהוּדָה Iuhudá.

Caph, C, & Ch.

Quod ſi palati medium plurimo flatu, intus acta lingua quatiet, vtrinq; ad molares ſurgens Caph exprimetur, vt בַּרְמֶל Carmél Charmél.

בַּ בְּ בִּ בֹּ בוּ cha ca che chi co cu.

Koph.

K Koph aliquanto ſubtilius, lingua hinc atq; hinc molaribus illiſa, à palati conuexo valide eiicitur, valebit k, vt קִקָּיוֹן Kikkaión Ionæ, q̃rto, quod hæderam, alij cucurbitam interpretantur. Tametſi inter Hiſpanos, doctores quidam non indocti, omnino negent quid ſit, à noſtris hominibus deprehendi poſſe.

De literis רטלרת quæ linguæ adminiculo formantur.

Ad has literas exprimendas, propterea quod lingua vt potiſſimum & præcipuum inſtrumẽtum, deſyderetur, recte ſane, ab eo qui literas primũ

mum in ordines suos digessit. Siue is Abrahamus ille, (de quo diximus) siue Hakiba fuerit, linguæ sunt attributæ. Quam si in eam palati partem, complicando tendas, quæ supernis dentibus proxima est, expedite Lamed pronunciabis, vt לָמָּה Láamma ad quid לָמָּה זֶה, id est, ad quid, cur obsecro risit Zara &c. valet L.

Nun.

N Porrò nun, lingua in palati conuexum recte protrusa, tinniendo, partim per nasum, partim per oris rictum, elabente spiritu prorumpit. Exempla sunt נָא Na, temporis aduerbiũ, nunc significans, vel deprecantis particula & obsecrantis, teste Rabbi Dauid Kimhi, in radicibus vt הוֹשִׁיעַ־נָא hosiahh, ná, serua nunc, serua quæso, iuua nunc, obsecro. Idem valet & אָנָּא obsecro. Quod autem & nares, hæc litera, in exitu suo requirat, his ferè verbis, Rabbi Mose Kimhi in Mahalách attestatur, וּשְׁתֵּי אוֹתִיּוֹת מְחֻם עֵזֶר תּוֹבֵן מוֹצָאָם מִן הָאַף וְסִימָן מִן וּתְנַסֵּם בִּסְגִירַת הַחֹטֶם וּתֵרַע שֶׁבֵּן מוֹצָ Duo (inquit symbolo מן) inter cætera alphabeti elementa sunt, quorum exitus, & prolatio, à naso capiunt adminiculum. Quam rem, tum demum sic se habere cognosces, si in efferẽdo, modicum adpressa manu, nares occluseris.

Daleth. Theth, Tau.

In tri

In tribus sequentibus, eundem, (commodo inter spiritus, ordine seruato) propemodũ oris habitum tenemus. Nam Daleth ad supernos in fernosq; simul dentes, quos interim extrema sui parte superius, leuiter pulsat, linguam, velut à palato, parumper obliquatam exerit. Qui sonus D Latinis respondet.

Theth vero, ad eam gingiuarum partem, vbi dentibus supernis origo est, sublimatam, largiori spiritu linguam propellit. Consimili modo, vt Græcis θ, sonat, apud vtrosq;, & nomen & enunciandi potestatem, custodiens. Huius elementi vim, Germani, (quos superiores vocant) sæpius cꝫ pro necessitate vel decoro, liberalius aspirant, quoties aut tityrum thityrũ aut protea prothea dicunt.

Tau vt T latinum, exilius omnino subtilisusq;, (adempta quantum quidem littera ferre possit venti portione) egreditur, & inter gelasinos dentes, quibus vtrinq; linguam admouemus, leniter exit. Euitata prorsum, quæ in Daleth fuerat pronunciandi mollicie, quemadmodũ ex infra positis exemplis cognosces דְּבוֹרָה daboráh דִּינָה dína דִּבְרֵי הַיָּמִים dibré haiamím, id est res aut negocia temporum, quo nomine chronicõn libri (qui res gestas, regum populi Iudaici continent) inscripti sunt. In quibus Daleth, siue D, mollius, & inter vtrasq; media quodã modo prolatũ, percipis טֵלֶם Thélem, ciui-

tiuitatis nomen, quæ Iudah sorte contigerat יְהוֹשָׁפָט Iohosaphath, Iosaphath, טוֹטָפוֹת thothaph, thothaphóth, lamina frontalis, siue tenuis membranula, in qua Iudæi, decem præcepta, & alia sacra quædam verba scribebant, à Rabbinis numero multitudinis, ab alligando, תְּפִילִין quasi alligamina, seu appendices, ab euangelistis, phylacteria, dicta sunt. Hæc enim frontibus ob magnarum, sanctarumq; rerum memoriam conseruandam, pietatis ergò, inter vtrunque oculum alligabant. Hic litera Theth, flatu inspiratam plurimò, cognoscis תֹּפֶת Tópheth locus haud ita procul à Hierosolymorum mœnibus situs, cadaueribus aliisq; sordibus destinatus. Post autem, ad gehennæ cruciatum, translatum vocabulum est, תְּאוֹמִים Toomim, Gemini, Gemelli, à qua vocé Thomas, qui aliâs dydimus dictus est, deducitur. Hic T, omni prorsum spiritu, & crassitudine vacuum animaduertis. Tametsi & alicubi Theth naturam, nempe quando Raphé graua bitur, imitetur. Quamobrem haud recte faciũt, qui cum S (quãdo aspirata est) sibilando permiscent. Ab illis namq; veteris seculi prudẽtibus, non inter dentales literas, quæ solæ sibilant, sed in earum numero, quæ linguæ formantur instrumento, collocata est.

De literis dentium.

זסשרץ

QVoſt eum oris habitū, quem nobis gutturales, labiales, & linguæ quoq; literæ deſcribunt, is certe proximus eſſe videbatur, quem tum denicq; & labia, certa quadam ratione vel adducta vel diducta, (intus concepto ſpiritu) referre ſolent. Ni ſingulari cura, acricq; ſtudio, à maioribus obſeruatum eſſet, etiam à dentibus, præcipue Gelaſinis (qui primum in oris vallo obtinent locum) ſtrepitū, aut ſibilum potius admirabili naturæ opificio formari. Quamobrē (niſi ordinem quem natura indidit inuertere malimus) poſt prædictas literas. Primū vticq; locū ſibi iure vēdicant dentales, quæ ſymbolicōs dicti one וְסָשָׁרֵץ Zaſſaraz, ſignificant. Porrò cum ſibilent omnes, aut perſtrepant, veruntamē inæ qualiter, quemadmodum & ſupradictæ. Iuxta craſſum & tenue, Blæſum & molle diſcrimina buntur.

Zdáin Zd.

Principio Zdain, dentibus ſupernis, inhærente língua, blæſum quiddam, ac balbum exibilat, æque ac ſi S quidē mollius, attamē cum D, (propter linguæ, ponè dentes ſuperiores allisionem) efferas ſimul. In quas certe literas Græci Dorica dialecto, ſuū Z, nonnunq; reſoluunt.

quod

quod Marius Victorinus & latinis si pro Græcis vocabulis z literã, non assumpsissent vtiq; faciendũ esse præcepit, vt ꝓ Mezentio, Mesdentium, (Sd nimirũ mollius ac blæsum magis, græcanicæ literæ ad morem exibilante) scriberent. Exempla sunt, זָא זֵא זִי זֹו זוּ za, ze, zi, zo, zu, aut, sda, sde, sdi, sdo, sdu, זְרֻבָּבֶל Zarubbabél, aut, Sdarubbabél, nostri Zorobabèl, עֶזְרָא Hhezrá, vel Hhesdrá, aut quẽadmodum apud septuaginta ἔσδρα vnde quod in nostris codicibus scriptum est, Esdra depræhendis.

Zamech Z ss.

Huic suatitate proxima, zamech litera, censebit. In qua sibilus, ad iucunditatẽ magis cõponitur. Postq̃ em̃ D lr̃æ balbuties, adempta erit zdáin, suauius certe multo, ac iucũdius sonabit. Est itaq; Samech, zdain, cui linguæ adminiculũ, q̃d D mediocriter adflabat, adẽptũ est, sonabit S, vt in læsus, musa, crœsus, vel vt ss geminatũ efferetur, vt סָא סֵא סִי סֹו סוּ sa, vel za, vel ssa, se, si, sso, ssu, סֶלָה ssela. De cuius vocabuli significatu, inter Hebræos doctores, haud vnq̃ dirimẽdis litibus, vsq; hodie, cõtendit, alijs, vocis & carminis quandã eleuationẽ, alijs, semper ac iugiter, alijs, acclamandi notam esse, ita sit, sic sese res habet, nonnullis etiam & inæternum significare, asseuerantibus.

Sin S Sc.

Linguam vero tuam si attemperaueris eum ad modum, vt dentibus infernis sit propinquior, nonnihil attamen pone superiores obliquato, vel surrecto potius vertice, Sin crasso, valido'q; sibilo, inter dentium phragmos acriter excurret, vt S latinum שָׂא שֵׂא שִׂי שׂוֹ שׂוּ sa, se, si, so, su, Quidam Hebræorum magistri corroborandi strepitus, sibili'q; gratia C, quidã vt nostri Germani, etiam & ch in exitu literæ, solent annectere, vt שַׁבָּת sabbáth, scabbáth, schabbáth, רֵאשִׁית Resith quod rectius est, deinde rescith, mox etiam reschith principium, dicentes.

Obseruabis autem diligenter, sub hac equidem efferẽdi potestate, literam perpetuo dextra sui parte superne, exiguo quodam insigniri puncto, ad discrimen sin samól, id est, sinistra elemẽti coronide signati. Quod aliquanto mollius propemodum Zamech consimile, enunciat, vt שָׂא שֵׂ שִׂי za, ze, zi, &c.

Cæterum, & hoc propter Ephratæos (vt apparet) אֲשֶׁר הָם מְגַמְגְּמִין בְּאוֹתָה הַשִּׁין id est, qui ipsum aliquando, q̃ par esset, blesius (vt insignis ille bibliorum scholiastes, Rabbi Dauid Kimchi cõmeminit), ꝓnunciarũt, à grammaticis, Zin zibóleth, appellatum est. Altero de quo supra, Sin Sibóleth, nomenclaturam accipiente.

Em-

Enimuero cum hoc (Sin dextrum dicere vo-
lo) sibilum, flatumq; suum, per medium denti
um vallum actum, propelleret acrius, densius
quiddam illi, pro patriæ vitio, sonoq;, & mol-
lius reddiderunt, quemadmodum ex Iudicum
hystoria, cap. xij. cognosci potest. Nam cum à
Gilhadinis militibus, (quibuscum huic popu-
lo bellum erat) vndiq; Iordanis ripa, vadumq;
obsiderentur, qui tum ex Bethlechemitis forsitã
ab infesto exercitu caperentur, Sin sibóleth ex-
plorandi gratia dicere coacti sunt, vbi quotq;
natione Ephraim essent, omnes, pro Sibóleth,
blæsum illud zibóleth, reddiderunt. Vnica lite-
ra duntaxat, & sese, & vitam suam, hostibus
prodentes. Necq; id equidem mirum videri cui-
q; debeat, cum & hodie non prouincia tantum
à prouincia, aut regnum à regno, differre sonis
dignoscatur, quin imo & singulæ ferè ciuitates,
(quarum vnaquæq;, & à cœlo cui subiacet, vel
ab aëre quo circumfunditur, proprium quiddã
atq; suum, accipere videtur) inter sese, vel maxi-
mo loquendi discrimine, varient.

Ex quibus patet, Sin literæ, (quam Sibóleth
posteri dixerunt) potestatem esse primam, præci
puamq;, alteram vero quando punctum in sini
stra corona habet, esse impropriam.

Tzade Ts Tz.

In Tzadé, linguã vtrinq;, infernis supernisq;

ſimul dentibus, valide apprimentes, craſſum quendã, ſeu tenuem potius linguæ niſum, ſibilo cõiungimus, haud ſecus, quam ſi primũ T, vel (vt alijs placet) C, intra oris rictũ, q̃d vel in Zamech, vel in Sin, ſibóleth finiat, vtcunq; præformare ſtudeas. Exẽpla ſunt, צא צי צר צו tſa, tſe, tſi, tſo &c. vel cſa, cſe, cſi, cſo, cſu, vt צדיקים cſaddikim, iuſti, probi, boni q;.

Neq; hic quiſq;, aut parum propicius, aut iniquior, de me iudex opinet, cui nõ omnia hæc noſtra forſitan placebunt, quaſi cuiq; in efferendis hebræorũ elementis, abhominandæ, ac deteſtandæ ſemper omnibus in literis, ſuperſtitionis, author eſſe velim aut cupiã. Cum nec ab illis q̃q;, qui biblia primũ in Græcũ, mox neq; ab illis q in latinum ſermonẽ tranſtuderunt, ad amuſſim iſta ſeruari omnia, non modo ſit manifeſtum verumetiam quouis ſole clarius. Siquidem omnẽ iſtam enunciandi varietatẽ, per duo elementa ſibilandi duntaxat, Z et S, pronunciauerũt. Quæ quidem vt dicuntur ita fortaſſis & vera eſſe poſſint, quæ nec animus eſt refellere, ſed cum in eam rerum tenuitatem deſcendere debeat, quiſquis docendi munus ſuſceperit vſurpauerit ue, vt & minima quæq; fruſtillatim (& vt ſic dicam) punctim ac cæſim, excutiat ſingula, quæ aliâs prætermiſſa, rudia diſcentium ingenia, vel turbare, vel remorari poſſint. Haud equidem mihi, aut ineptum eſſe putauerim, aut il-

laudã-

laudabile. Si quid vspiam dictum, scriptúm ue, quod incipientium animos, his in studijs iu uare possit, pro mea fide atque industria, huc ad scribere, vel recensere decreuero. Sed pergam.

Res R.

Res, tremulis ictibus crebrioribusq;, ac didu ctis labijs, superius palatum, vibrante lingua, ad canis similitudinem dentibus renudatis, pro voce fragrorem reddit. Quamobrem cum & à canibus rixantibus, literæ sonum, propemo dum quis possit discere Latini non inepte Ca ninā literam appellauerunt. Cuius sanè ele menti naturam Galilæi, qui circa Tyberiadem habitant, multo quàm nos fœlicius expressiús que sonare dicuntur. Nam, tam etsi à Gramma ticis vt plurimum inter extenuatas literas, ac de bilitatas collocari soleat. Attamen, quoties vel dictionum principia occupat, vel ante sese proxime literas משח ובלב accipit, mascu lo quodam robore, corroboratam isti pronun ciant, vt in Commentario Kimhico Elias an notauit.

Reliquis vero in locis vbicunque intra dicti onum contextum locetur vel etiam vocabulo rum fines claudat, exilis erit, & quemadmodū Grammatici loquuntur, רפה raphabitur.

De literis labia libus.

בומח

POstremo cum & labia, ad nonnullarum vocum habitudines, non modo diſcriminandas, ſed exprimendas etiam, mire faciant, quaſdam illis literas, ſymbolo בומח quæ ob id אתיות שפתים, id eſt, labiorũ literæ dictæ ſunt, attribuerunt.

Beth B.

Beth, molli, necnon ſuaui, labiorum congreſſu, ceu collectis huccis efflare quidpiam, ceu attractis leniter, alteri oſculum præbere velis, pronunciamus, vt b latinum, vt בא בא בי בו ba, be, bi, bo, אבי abi Pater meus. Tametſi & alibi nimirum quando רפויה Raphuia, id eſt, ב virgulam raphe nonnihil commollita eſt (vt quibuſdam placet) ad Græcorum β vt profertur hodie, parumper deflectatur, vbi quidam ad β leniunt, alij vero in u conſonantem literam commutant.

Vau u conſona.

Vau, u conſonam facit, quod ore, diducto labijs q, ab ea, quam vau ſureck, deſyderabat cõtracta rotunditate, diſpaſſis, molliter enunciatur, vt וא וי וא va, ve, vi, vt אחשורוש Achaſ-

Achasuéros Persarum rex דָּוִד Dauid. Interdum autem vbi dagges intra sese recipiet fortius aliq̃to labia comprimet, ceu supernis dentibus, inferius labium (leniter tamẽ exeunte spiritu) mordicemus. Nonnunq̃ propter tenuitatem suam, aut in υ commutatur, aut prorsum eliditur ab interpretibus, vt חֲוִילָה ἐνιλὰ אַרְוֵרִי ἀράδιον. Sæpissime vero & in β commutat, propter eam quam habet cum superiori proximã, vel communem labiorum, in reddenda voce, applicationem.

Mem M.

Mem, litera mutuo labiorum compressu, sed magis introrsum acto, ἐν τῇ προσωμίᾳ molliter sonabit, intra oris specum remugiens, per nares principio, vocis euolante spiritu. Exempla sunt מֵא מֵא מִי מוֹ ma, me, mi, mo, מַלְכִּיצֶדֶק Malchisédech, מַמְרֵא mamré,

Pe P, & Ph.

In hoc literarum ordine, vt plane primoribus quod aiunt labris P conficitur, ita & validissime inter labiales sonatur. Compressis labijs extremis, intus incuruato rictu æditur, vt p, latinum. Interdum autem & longiori spiritu, aucta litera ad aspiratum φ componitur, vt פַּרְעֹה Parrhho פַּרַס Paraz Persarũ regio, פְּרָת Pharath, Euphrates.

Et ista quidē hactenus, de literis, ipsarum q̄ virtute dicta sint. Quarū tum demū exacte satis potestas cognosceť, si huc omnē nostrū conatum, huc vires et neruos intendamus, ne pronū ciando, inter sese elementorū ordines aut cōmutentur, aut permisceantur. Ita vt quæ gutturis sunt, nulla vnq̄ ratione, ad palati expiramina, vel quæ linguæ sunt attributa, ad dentium sibilos, abusu & incogitantia deflectant. Nam quo minus in literis ista fieret confusio· Omnis huc, quæ à veteribus in distinguendo, diligentia adhibita est, pertinet. Etenim cū gutturi, suos quosdam habitus, linguæ suos nisus, dentibus sibilos, & labijs q̄q̄, certam quandā gesticulationē, à natura attributam esse cognoscerēt. His etiam in humano corpore partibus, ceu fidelissimis custodibus, quæ apud omnes hoies oīmibus sæculis idem referre possent, literas quæ similem oris habitudinē pronunciādo referrent, cōmittebant. Vt si forsitan literarū negociū, vel intercidisset prorsum, aut fuisset labefactatū temporum iniuria. Veruntamē ex istis ordinibus, ceu certis quibusdā notis ac signis, literarum vis & natura (quādocunq̄ studijs locus esset) Denuo et elici, et cognosci posset. Quamobrē quisquis es, quarumcunq̄ rerum aut disciplinarū studiosus, ante oīmia persuadeas tibi, ne, quorū tibi incognita ratio est, aut contemnere velis, aut conuellere. Sed de his satis.

Nūc

Nunc vt prædictorum, & ſpecimen quoddã videas, & fructum aliquẽ percipias, qua ratiõe ex literis, vna cum vocibus, ſyllabæ connectantur & fluant, commonſtrabo.

De ſyllabarum conſtitutione, ſeu primæ lectionis initio.

Caput Septimum.

SEd nobis iam paulatim ad lectionẽ accreſcentibus, vtcunq; iactis fundamentis, ac præmiſſa materie, ad ipſam ſyllabarum counexionem, properandum eſt. Si tantum illud præmiſero, quod lippis, ac tonſoribus iam olim notum eſt. Nimirum Hebræos, cõtra cæterarum gentium, populorúm que morem, atque conſuetudinem, inuerſo & ob id nobis inconſueto ordine, ſua, tum legere, tum ſcribere. Quapropter, quiſquis adhuc lectionis primordia ſectatur, is ſciat in dextrum ſcripturæ, ſiue carminis latus, ſibi oculorum aciem eſſe defigendam. Atque hinc, contra Latinorum Græcorúmque conſuetudinem, ſiniſtrorſum, ordine peruerſo, ac retrogrado eſſe properandum.

Poſt

Post hæc vero, quod ad lectionis, & constituendarum syllabarum initia pertinet, obseruabis, consonantis signum, (quemadmodum & supra diximus) per se nullam, omnino vocem reddere, sed habitum esse tantum, qui ratione certa vtcunq; mutam literæ portionem referat, & expressam oris figuram repræsentet, qui'q; eousq; latere debet, quoadusq; vocale punctum accedens (cuius virtute motum accipit) exitum dederit, atq; ad vocem alioqui cõnitentia ora, reserauerit.

Quamobrem mirum non est, si res ardua adeo'q; impossibilis rudioribus esse videatur, citra punctorum vocalium adscriptionem, quicquam constare, aut legi posse, cum mutas solum eas'q; silentes literas, si quid ad eum modum scriptum sit, compræhendat. Quod etiam neq; alius quisq̃ q̃tumuis in Thalmudicis spinis versatus Iudæus assequi possit, nisi prius grammaticis adiutus legibus, quæ litera, quæ puncta, qualesúe in legendo voces requirat, didicerit, & longo rerum & lectionis vsu (qui est optimus in omnibus magister) percepta studia confirmauerit. Quæ cum ita se habeant, in constituenda syllaba, hoc erit primum, vt consonantis literæ potestatem, quam ex superiori capite didicisti, aut gutture, aut lingua, aut alio quopiam pronunciationis instrumento, prius ore concipias, & veluti clancularijs nisibus, in-

tus

tus præformes, atq; hinc demum mox vocalē, infra, supráue literam, aut alio loco adscriptā, pronunciato.

In qua quidem voce, si ex numero maiorum punctorum fuerit, quasi confecto negocio consistes. Siquidem ea sit (vt prædictum est) longarum natura, vt seorsim atq; separatim ab insequentium literarum commercio abstractæ connexionem faciant.

Sin breuis erit, quæ sub consonantis figura collocata est, vltra, haud equidem binario contentus, ad sequentem vsq; literam perges, vt tria da constituas, cum priori ipsam elemento & pūcto, conuinciens. Quæ perpetuo etiam aut Daggés intendendi notam, aut Saua quiescens accipiet, nisi accentus qui ad retardandum vocis exitum, etiam breues occupat, lectionis iustitutum perturbauerit. Quæ quidem omnia vt aliquando clarius ꝑspicias, in vtrisq; exempla subiiciā.

De punctis maioribus, quomodo ex ipsis syllabæ constituantur. Exemplum est. שְׁבָרִי

PRrincipio ש quæ cum ex numero sit dentalium literarum, per dentes sibilum faciente lingua compones, mox infra adscriptam vocalem kames, post sonabis. Deinde quia longioris moræ punctum est ab insequētis literæ complexu, libe-

liberum, atque separatum pronunciabitur.

Cum itaque vocalis longæ, id exigente natura, hic sit consistendum et quiescendum, vocabuli prima syllaba constituta erit שָׁ sa.

Hinc מִ labialis litera consequitur, quæ in ipso labiorum congressu, intra oris specum, collecto spiritu, leniter præmugit. Cui denuo kamez subiectum מָ syllabam productam, atque absolutam facit. Quæ tametsi à superiori tempore non differat, verumtamen accentus gratia, quem adscriptum habet, aliquanto quàm prior, magis eleuabitur.

Deinde ad Res eundũ, quæ non dissimilẽ oris habitum notat, quãdo vel inter sese concitati, canes rixantur, vel quando nos R literam sonamus. Cum quo quidem elemento, si vau surech, ad sinistrum latus appositum expresseris, רוּ Ru syllaba constituetur. Quare tribus syllabis, quæ ex vocalibus productis fiunt cõstitutam dictionem, sic totam enunciabis, שָׁמְרוּ Samáru, custodiuerunt, seruauerunt.

De minoribus punctis, seu contractis vocibus.

Exemplum est.

מַמְלַכְתְּךָ

In q

IN quo מ labiorũ adminiculo facta litera, cum pathach cõnexa, ma quidẽ faceret, niſi eius naturæ eſſet patach, vt proximũ etiam à tergo elementũ. pro conſtituẽda ſyllaba, deſyderaret. Nam cũ ex ordine correptarũ vocũ ſit pathach, inẽ cõſonantes lras duas, captiua, ſonare debet. Cui ſtatim à tergo, in cõſtringẽda & ceu vinculis impedienda lra, ne p̃terfluat, Saua, ſuũ quoddã exhibet miniſteriũ. Quãobrẽ hic, vt in alijs breuibus pũctis, מַמְ mem páthach, cũ inſequẽti eiuſdẽ nois, atq; poteſtatis elemento, cui ſaua mutũ annexũ ẽ, mam ſyllabã reddit, diſſimili prorſus à productis vocibus ratione.

Ad eundẽ modum ex לָבְ Lamed pátach, cum vicino elemento, לַבְ lach, conficitur.

Hinc תַ, linguæ, ponẽ gelaſinos dentes leui quodã appulſu, intra oris vallum præfigurata, cum zégol, quod ab inſequentis literæ cõtactu, accentus liberat תָ Té, exacutũ facit. Nam & illud quoq; ſupra annotatum eſt, vocales correptas, tum denicq; à daggés, aut ſauá, punctis conſtringentibus, liberari, quoties accentus imperio, præter naturã ſuã extenſæ, protraherentur.

Poſtremo & ךָ caph finalis, cũ adſcripto kamez, Cha ſyllabã efficiens, dictionẽ q̃tuor veluti partib⁹ conſtitutã cõſũmat, quã ita ſimul totã pnũciabis מַמְלַבְתֵּךָ mãlachtécha, iperiũ tuũ.

Ex

Ex ijs ergo patet productarū imprimis, breuium q; vocū, singulari curā, habendam esse rationem. Quas equidē nisi perspectas habeas & q̄d dicitur, ad vnguem cognoscas, omnino infœliciter ne dicam male syllabarum structuras atq; constitutiones sectaberis.

Præterea, cum & duarum præcipuo notarū, quæ consonantes ad præcedētia puncta (vt vnā simul reddant syllabam) constringāt, haud multo antè meminerimus. Nimirum Daggés & saua quiescentis. Hic potestatem vtriusq; atq; officium (q̄tum ad istam rem pertinet) notabis obiter. Nam de his q̄q; dicturi sumus infra latius.

Daggés igit̄, nota aut signū ē, q̄d in mediā literā insertū, tam validā ipsius potestatem reddit, vt pro geminato eiusdem potestatis elemento probare possit. Quamobrem vt syllabam citrā impedimentum vllum, queas constituere, alteram ingeminatæ literæ portionem, ad præcedēs punctum, ad eam vero vocalem notam, quæ sequit̄ alterā, annectes. Cuius rei exemplum esto בִּקֵּר quod cum intra medium koph, intendendæ vel congeminandæ literæ signum acceperit, pronunciandum venit, æque ac si duobus eiusdem potestatis elementis constitutum vocabulum esset, in quo alterum ad præcedentem, alterum etiam ad sequentem vocem pertineat, vt בִּקֵּר quod cum gemino ק pikkéd pronunciabitur. Quare daggés partim præcedētem vocis

sonū

ſonum conſtringit claudit'q;, partim etiam & in ſequentis ſyllabæ ſiniſtrorſum verſus, initiũ au ſpicatur.

Porrò ſauà, totum ſemel elementum, ſub quo ſignatur, ad p̄miſſam vocem cõſummãdã ac perficiendam cogit, nouam ſequente litera cõ ſtituente ſyllabam, à qua quidem cum ſeparet̃, quieſcens ſauà, nihil in eam poteſtatis neq; iuris exercebit. vt אַרְצוֹ arzò terra ſiue regio ipſius, מַלְכִּי malchi, rex meus. In quibus אַר & מַל perfectas planè connexiones faciunt צוֹ כִּי no= uas in vtriſq; ſyllabas poſt ſauà quieſcens exor= dientibus.

De poſtremis in dictione literis, quæ nullo vocali puncto inſigniuntur, vbi cõnecti debent, quóue referendæ ſint. Caput Octauum.

ENimuero, quoniam & illud ſæpi= us accidit, vt in vocabulis poſtremæ literæ, nullum ꝓrſus vocale punctũ adſcriptum habeant, perq̃ facile ab his, qui etiamnum legendi rudiores ſunt, dubi= tari poſſit: quonam ſint vel referendæ vel ordi= nandæ, aut qui cũ elemẽto punctóue ſint conne= ctendæ. Quandoq̃dem ex ſupradictis conſtat, nullam prorſus conſonantem literam, ſiue qui=

escere siue sonare posse, nisi propria quadam ac singulari nota, ceu certo quiescendi sonādiue in dicio, id fiat; insignita punctetur.

Quamobrem vt hunc scrupulum etiam è stu diosorum animis eximam, ac prosim vndiq; breuiter communem regulam annotabo.

¶ De literis in dictione vltimis Regula.

Omnis litera, quæ in verbis postrema est, si nullo pronunciandi puncto consignat, ad illius elemēti vocalem est referēda, quæ proxime añcessit, nōnullo tñ inter longas breues q; obseruato discrimine, exēpla sunt, דָּבָר אָמַר dabar, amar, sermo, verbum, dixit, דִּבֶּר רָגֶל dibbér, régel, locutus est, pes. בָּכֹל bchol, & chol breue, In quibus quidem vocibus, postremæ literæ (vt vides) ad præcedentia puncta, referunt, obseruata (vt supra edoctus es) longarum breuiumq; vocum differentia. Nam tametsi vnā, pepemodum vocem reddant -& - - & zegol, Cholem & Kamez malepoúm, Sureck & Kibutz, attamē ratiōe cōnectēdi, proprer temporū diuersitatem, tractu exitu q; differunt. Quaetiam in re, cum nō sint vernaculo idiomate infœlices Germani, quid obstat quominus ab ñsdē exempla desumam, docendi gratia? Nam isti q̄ties vocalem, aut consonantem, fortius quiddā pressiúsue sonare volunt, quò melius quid exprimat: percipiatur, pro vna litera geminam adscribūt, vt lateris vocabulum sic dten, ñ gemina

to, pro-

to, ꝓpter maiorem ac preſſiorem vocem, ſcribitur, Mores vero, ſitten, cum exilius quiddā ac ſubtilius efferat, ſimplici notatur. Ita noſtrates, quoties optimum, ac beſtiam nominant, alterū e geminato, alterum ſimplici enunciant, beſte, beeſte. Neq; iſtud cuiq; adeo mirum videri debet, cum & Fabius, & Victorinus, idem factitaſſe Latinos veteres, vſq; ad Actij tempora cōmeminerunt, Vocales etenim longas, Ennius & Liuius andronicus, differentiæ gratia, geminis literis expreſſerunt. Cum ergo apud Hebræos tam ſonis, q̄ figuris aliâs ſemp, vocales longæ diſcrepent, ſiue dictionū principio, ſiue in medio collocentur, Veriſimile eſt & finibus quoq; eandem à breuibus differentiam conſeruare. Quod equidem & Rabi Chijam non diſplicuiſſe videtur, qui ſic vocales productas, effe rendas eſſe ſtatuit (ſi forſitan eas cum inſequenti elemento copulari contingat) vt plurimum vndiq; ſpatium inter longas voces, & ſauá conſtrigens, quemadmodum inter Dagges quoq;, intercederet, vt ſupra in לַמָּה יָמוּת laamma iamma, & אַבָּא dictum eſt.

Quod autem ad præcedentia puncta, vt regula præſcripſit, extrema in dictionibus elemēta referenda ſint, Priſci Grammtici ratione confirmant. Siquidem omnis litera conſonans, quæ in dictionis fine puncto caret (vt ipſi aiunt) Sauà quieſcens, veluti certam cōſtringēdi notam,

clanculum accipit, Quod tamen propter eleuā=
dum ac minuendū ſcribendi laborem, cōmuni
ſcribarum decreto, à quibus primum puncto=
rum vocalium figuræ ſunt inuentæ, de medio
ſublatum ac p̄termiſſum eſſe dicitur.

Cuius equidem rei, ceu priſcæ vetuſtatis,
atq; ſcripturæ antiquæ veſtigiū quoddam, vſq;
hodie in chaph finali, item in בגד פת & alijs q=
buſdam literis apparet, Nam finale Chaph quo
ties à Kamez liberum eſt, ſiue radicalem ſiue ſer
uilem literam conſtituat, perpetuo cum ſaua q=
eſcente notatur vt. הָלַךְ דְּבָרַךְ דָּרֶךְ Halàch da
barech, dérech ambulauit, ſermones tui ò muli=
er, iter, via. Conſimili fermè ratione בגד פת q̊=
ties alijs punctis carent, in dictionū finibus Sa=
ua muto inſigniūtur, vt וַיִּשְׁבְּ שָׁמַרְתְּ תּוֹסַף
& ſedit, cuſtodiuiſti, adijcies. Sic רַיַּשְׁקְ & po
tum dedit, potauit. יֵשְׁטְ ieſth. declinabit.
Quæ quidem omnia, Sauá, quod in alijs clā
deliteſcere ſolet, conſignantur, exiguo quodam
interiecto diſcrimine. Nam Chaph vbiq; Raphe
extenuatur, & quaſi remittat ſe, mollius effert̄.
Reliquæ, propter Sauá quod præcedit, etiā ad
dagges aſtringuntur. Quæ cum ita ſe habeant,
haud quaq̄ faciunt inepte, qui ad p̄cedentia pū=
cta, vltimas in dictione literas. quoties vocaliū
annotatione vacant, connectendas eſſe ſtatuerūt.

Atq; iſtuc quidem, vt ſemper verū eſt, ita
in omni

in omnibus obseruabitur, præterq̃ in quattuor literis יְהוּא, quæ vel ob id אוֹתִיּוֹת הַנְּשָׁמָה וְהַמֹּשֶׁר, id est literæ flatus siue protractionis, sunt appellatæ, quod cum illis nimirum (quas proxime sequuntur) longis vocalibus, moram ac retardationem faciant, cum qua, vt bis per omnia. Saua quiescens pugnare deprehenditur. Ita in his quiescentibus elemẽtis, cum aliud vocibus nihil adferant, clàm delitescere haud quaq̃ intelligetur. Quoties enim, non dictionum modo fines, sed syllabarum quoq; postrema claudunt, literæ, quæ symbolicos יהוא dicuntur. In longam, prætardam'q; tantummodo morã, expirant, nihil adferẽtes alienæ vocis, aut soni vocalib⁹, vt מַלְכִּי malchi rex me⁹, דִּבְרֵי dibre verba, רַגְלוֹ ragló pes eius, בָּרָא bará creauit גָּלָה galá reuelauit. Quæ profecto id sonabunt tantum, quod adscripta vocali consonans extrema efferre dignoscitur. Aliud siquidem nihil sonabit מַלְכִּי malchi annotato Iod, q̃ מַלְכַּ citra Iod, nihil aliud בָּרָא bará q̃ בָּרָ nihil גָּלָה galá q̃ גָּלָ Nam cũ voces longæ (quemadmodũ supra dictum est) יהוא literas, quadam ingenita natura, post se requirant, siue clàm, siue aperto id fiat, nihil amplius in exprimendo, earum vocibus accedit.

Proinde cum igitur vel indicandi thematis, vel explendæ scripturæ tantum, non adiuuãdæ

vocis gratia, cui aliquid conferre queant, adscriptæ videri possint, recte à grammaticis, aliâs נַחִים aliâs, נֶעֱלָמוֹת, id est & quiescentes & absconditæ, seu mutæ literæ sunt nuncupatæ. Nimirum quemadmodum dixit quidam, מפני שנמצאת האות במכתב והיא נחה ואיננה נעה באחת מתנועות התנועות

Propterea, quod aliquando scripto, reperiat litera quæpiam, quæ nullo prorsus vocum adminiculo, aut pronunciari, aut etiam adiuuari possit.

Porró quum non singulæ productæ vocales, quasuis citra delectum quiescentes literas trahant, haud equidem temere post quamlibet vocalem, quælibet יהוא litera ponetur. Sed ꝑ linguæ natura, cognatæ voces, cognatas tantummodo literas admittent, adeo vt post ־A leph, et ה post ־, et Chirech Iod, post Cholem ferè vau collocentur. De quibus Rabbi Eliam Leuitam, in libello cui titulus פֶּרֶק הַשִּׁירָה consulito. Quarum certe literarum imprimis rationē habebis. Nam plurimum cum ad sinceram aliâs faciant lectionem, etiam non mala præstant initia, vt citra punctorum adscriptionem legendi facultatem assequare. Et ista quidē hactenus de natura quiescentium, quo pacto cum præcedentibus vocibus expirent tantum, nihil consonantis potestatis adferentes (quæ cæterarum na

tura

tura literarum est) quibus cohærent elementis. Quocirca, & hoc manifestum est, non vt reliquas, sauá clàm accipere, sed palàm quod ad pronunciationem attinet, redundare. Nunc etiam quomodo & aliâs Mappick nominentur adscribam.

De tribus literis יהו quo pacto in finibus dictionum, aliquando consonantium naturam induant.

Caput Nonum.

SAepenumero haud leuiter conturbare solet, sermonis Hebræi candidatos quiescentium literarum natura, ob diuersitatem. Nam cum aliam habeant, quod ad pronunciandi quidem rationem attinet, vocabulorum principio virtutem, aliam etiam, atq; eam non vbiq; constantem, verborum finibus proprietatem. Ad hæc quum & alio potius spectent, quæ de ijsdem ab alijs scribuntur, q̃ vt rudia incipientium adiuuent studia. Quid mirum si ipsarum varietas perplexos discentium animos reddat? Quamobrem si aliquanto q̃ par est hisce rebus diutius immoror, dū prosim tamen, æquiorem mihi lectorē arbibitror, atq; ad ignoscendum quoq; promptiorem.

Notabis ergo literas יהוא vt plurimum vocabulorum finibus collocatas, (quemadmodū & supra dictum est) quiescere. Tametsi aliquoties

quoties certis conditionibus legibusq́, inter eas יחר eam ferme vocem, reddant, quam latini vnà cum Græcis δίφθογγον appellant Hebræi à Chaldæis mutuata voce מַפְּיק siue excipientem, siue educentem vocarunt, ea nimirum ratione, quod literarum יחר haud amplius delitescat sonus, sed præter quiescentium naturam, nescio quid vocalitatis, aut consonantiæ potius (id enim dicere malo) iam nunc extra oris rictũ producant.

Quæ res vt regulis cognoscitur, ita inclarescit exẽplis. Primum igitur de Iod, hinc etiam de reliquis & regulas & exempla subiecero.

De Iod.

QVoties ergo Iod, literam sequitur consonantem, quæ aut pathách, aut kamés notatur, eam fermé vocem formabit, qualem Germani præcipue vero Suæui, in exprimendo cæsare reddunt, vt אֲמָרַי הַאֲזִינָה יְהוָה Amaráí haazína adonaí, id est, verba mea auribus percipe Domine, Psalm. v. et paulo post מַלְכִּי וֵאלֹהָי malchí velohái. O rex meus & deus meus, sic כִּי נִבְהֲלוּ עֲצָמָי chí nibhalu hhazamái. Nam perplexa sunt, vel attonita, vel sese conturbant ossa mea, vbi in אֲמָרַי וֵאלֹהַי עֲצָמָי amarai, velohái, & hhazamái, postremis quidem syllabis Iod alioquin muta litera aut quiescens, voca

vocalis aut consonantis potius naturam accipit, vna cum pathách confusam quandam vocem reddens.

Cui (vt Iacob ben Chiiam recenset) quidam, & ea quæ sureck, & vau holem punctantur, an numerant, vt הוֹי גּוֹי הוֹטֵא hoi goi choté, Ach gentem scelestam, peccatricem Esáiæ cap. i. וְחֻתְּתוּ גּוֹי בְּגוֹי וְעִיר בְּעִיר vachuttathú goi bagoi, vihir bihir. Excidentur populus à populo, & ciuitas à ciuitate. Parali. ij. capi. xv. Quæ certe fidei vocabulo, vt à Gallis profertur vernacule, non dissimile sonabunt, hoi goi, sicut foy, Sic קָלוּי בָּאֵשׁ kalui baes, spicam igni tostam, Leuitici ca. ij. vbi Iod extrema verbi litera, cum præcedenti puncto vau, nonnihil præter naturam suam consonat.

De litera ה Mappick.

ITem & ה litera, quoties intra se discriminis quidem gratia punctum accipit, neq; silebit, neq; mutescet vt prius. Sed in vocem, vel diphthongi. vel consonantis natura permistam, quasi ex alto silentio sese excipiat, proferat'q;, & veluti vindicet, se permutabit, vt Prouerbi. xxxi. בָּטַח בָּהּ לֵב בַּעְלָהּ báthach, báha, leb, bahhlá-ha. Confidit in eam cor mariti sui. Sic טַעֲמָהּ כִּי טוֹב סַחְרָהּ לֹא־יִכְבֶּה בַּלַּיְלָה נֵרָהּ thahamá chi tob zachráha, lo ich bé ballaila neráha. In quibus ה præter quiescẽtium morem, extra

oris rictum, pronunciando ſeſe proferre, atque educere ſentitur.

Neq; relatiui pronominis, perpetuo ſic nota eſt, prout à quibuſdam vulgo ſcribitur, Siquidem aliud omnino quiddam eſt, literam quampiam eſſe מַפְּקָא, id eſt, educticiam, & ſe à quiete aſſerentem, Aliud relatiui pronominis ſiue demonſtratiui notam exiſtere. Nam & ה interdum differentiæ gratia, fit mappick, vt כָּמַהּ גָּבַהּ deſyderauit, exaltauit.

De Mappick vau.

HVc pertinet etiam vau, quoties enim ipſum, aut - , aut Zere, aut Chireck, nec non con ſimilis prolationis, ſimilia puncta, præcedunt, haud quaq; inter quieſcentes connumerari debet, ſed potius inter conſonantes. Ad conſonantium etenim naturam, quam dictionum principijs occupauerat reuertitur, vt עֵשָׂו, Heſau, כִּסְלֵיו, kiſleu אֲבִיו, pater, מְשַׁחֶקֶת לְפָנָיו בְּכָל עֵת Colludens apud ipſum aſſidue, Prouerbiorũ .viij.

Proinde cum hæc elementa, conſonantium potius officia vindicent, ſequentes etiam literas ſigno בגד כפת ad dagges leuiter aſtringunt, vt אֵלָיו פִּי ad ip̃m ore meo clamaui שָׁרַי גְּיִבְרְתִּי Sarai domina mea מַחֲצִיתָהּ בַּבּוֹקֶר machazithaha, babboker dimidium ipſius mane.

Cum er-

Cum ergo ſoleant ferè dictionum finibus יהוא quieſcere (De poſtremis enim literis adhuc nobis ſermo eſt) Interdum autem & inter eas יהו ad conſonantium ferè naturam redire videantur, commode ſane ab eruditis Grammaticis, differentiæ gratia Mappick iod, mappick he, ſiue מַפִּיק נְקוּדָה, id eſt, mappick puncto inſignitum. Poſtremo et Mappick vau, ſunt appellatæ. Nimirum quod alioqui ſeſe, aut mutas, aut quieſcentes, & ſilentio veluti neglectas, Apertiori quadam conſonandi virtute, eruant eliciant (id enim mappick ſonat) atq; pro viribus educant, proferant'q;.

Poſtremo notabis, quando iod, item vau, cognomento mappick appellantur, id potiſſimum ex præcedentibus ſignis vocalibus, animaduerti, cum mappick propria notatione careant. Atqui elementum ה cum intra ſe punctum quoddam, haud quaquam daggés abſimile recipiat, cognitu minus difficile cenſeri debet, quare & præter cætera potius mappick nakuda, id eſt, mappick puncto expreſſum, ſuam appellationem accepit.

De gutturalibus hain & ח quomodo in dictionibus poſtremæ literæ, paululum à reliquis diuerſa ratione, ſyllabas conſtituant. Caput X.

Ex ſu-

EX ſupra dictis patet, in connectenda ſyllaba, illud præcipuum eſſe atq; primarium, vt prius in ore, cõ ſonantis alioqui mutam poteſtatẽ vtcunq; tamen בבלי חמבטא, id eſt, pronunciandi inſtrumentis, ad exitum connitentibus, exprimere labores, deinde ſubſcriptam mox vocalem, pro figuræ qualitate, pronunties. At contra in ע & ח quando ſunt poſtremæ vocabulorum literæ, pronunciantibus euenit. Ab alijs ſiquidem conſonantibus, quum gutturales ſint, adeoq; reliquis ventoſiores, modo longe omnium diuerſiſſimo, planeq; contrario efferuntur. Nam in iſtis, ſi quando (vt prædiximus) in verbis poſtrema conſtituunt elementa, vocem pathach - quam vbiq; eo loci ſubſcriptã habent, legendo præmittunt. Atq; hinc demũ à tergo, gutturalem ח vel haain ע annectendo literam, enunciamus, vt שָׁמֵעַ ſamêahh audiuit. Quod æque ac ſi ſaméahh ſcriptum ſit, pronunciatur, ſic רוּחַ rúach, ventus, ſpiritus, non rúcha vt conſonantium in alijs exigeret natura, efferimus, Ordinem cum legendi, tum connectendi, quem in cæteris obſeruamus liquidiſſime, contra conſonantium naturã, & immutantes, & inuertentes, propter gutturales vt appareat, Quas eqdem quia ſunt ventoſæ, multoq; intra gulæ concauum ſpiritu opus habent magno etiam hiatu proferri, omnes vno conſenſu volue-

voluerunt.

Nec male fortassis, huc quadrare videbitur, quod Tyberienses Iudæi sentiunt, apud quos, vtpote viros, maxime studiosos, & Hierosolymis viciniores, loquendi, legendiq; ratio, integrior, ac minus deprauata, mansisse putatur. Qui in his, consimilibusq; vocabulis, consonātem א aleph, inter postremas duas elisam esse credunt, cuiusq; rei, adhuc punctum pathach, ceu absentis literæ vestigium quoddam extare arbitrantur, Proinde quoq; nec sub ע aut ח ex orthographiæ quidem legibus, notam pathach scribendam esse, sed inter vtrasq; literas postremas, quo possit commode absentem aleph referre, collocari debere, vt רוּחַ rúach, nō רוּחַ tanquam aliquando רוּאַח integre scriptum esset, efferatur. Similiter שָׁמַ_ע שָׁמֵעַ pro veteri שָׁמֵאַע legendum est. Quanquam inter הַמְנַקְדִּים, id est, punctorum magistros, non desint, qui Pathach, loco finalis sauá, positum esse asseuerent, & שָׁמֵעַ dilatandi hiatus, producendiq; gratia, pro שָׁמֵעְ dicendum esse.

Porrò vt finem faciam, illud παρέργως, vt studiosis adolescentibus studiose consulam, adiecero. Vau in orationis, seu verborum potius contextu holem insignitam, non perpetuo mutam esse, aut quiescentem, verum etiam aliquoties esse consonantem, tametsi intra se nullum quoq; dagges recipiat, vt עֲדוֹתֶיךָ hhedauothecha con-

cha conteſtationes, ſiue teſtimonia tua, hhedauo thécha legendū eſt, nō hedeotheca, ſic מִצְוֹתֶיךָ mizuothécha præcepta tua, non mizeothecha aut mizothecha ſonandum.

Et quidem hactenus de ſyllabarum conſtitutione, Tu igitur, vt prompte legēdi facultatem aſſequaris, operam dabis, vt non tam legendo, vel deguſtando leuiter, qualiacunq; tandē iſta ſin: prætereas, Sed diligentius reuoluendo, pœnitius introſpiciendo, acriùs meditando, ſingula ad animi iudicium reuocans, vt imitandi ſtudio, fœliciter exprimas, te componito, Quod niſi feceris, vereor equidē ne tu legendi, ego vero ſcribendi laborem fruſtra ſuſcepiſſe videar.

De Dagges & Raphé, Caput Vndecímum.

QVoniam autem ſupra extremis (quod aiunt) digitis officium daggés & raphé, ſed quantum tamen loci neceſſitas requirebat leuiter attigimus, poſt elementorum poteſtates, commodum nobis viſum eſt ad ea quaſi poſtliminio reuerti. Habet ſiquidem & alia quædam, officia daggés, quæ neutiquam Hebraicæ linguæ ſtudioſos latere debent, niſi partim inanem, partim etiam inutilem laborem, exhaurire velint. Hac igitur parte, vtpote magno neceſſarij laboris ſpacio

ſpacio tranſacto, ad ipſa redibimus.

Atq; id equidem in primis eſt obſeruandum Daggés partim elegantiæ, partim neceſſitatis gratia eſſe repertum. Nam cum Hebræorum literæ, intra certum quendam (vt prædiximus) numerum, conſiſterent. Alicubi vero ſermonis habitus, alicubi etiam & res ipſa, in vocabulis vehementiam quandam, ac remiſſionem deſyderare videretur. Prudentes viri huiuſmodi notas, quæ id repræſentarent commenti ſunt, Fortificandæ ſeu corroborandæ literæ notam, ab officio Daggés, Alteram quæ vtcunq; pote ſtatem, elementi leuigaret ac molliret רִפָּה ab attenuando nuncupantes. Qua in re, profecto reliquis omnibus linguis Hebræa fœlicior eſſe deprænditur. Nam quoties illæ conſonantē robuſtius ſonare volunt, & maſculam quandam virtutem eloqui, toties literas & conduplicare, & congeminare ſcripto coguntur. Hæc autē vtpote quæ magis breuitate ſua gaudeat, notis, & quibuſdam apicibus, iſta fœliciter diſſimulat. Proinde daggés (vt ſupra meminimus) exigua quædam nota eſt, in medium literæ inſerta, velut congeminata poteſtate, literam enunciādo cōduplicans, vt לָזֹאת יִקְרָא אִשָּׁה lazoth, likkaré, iſſá. Propterea, inquit, Iſſa vocabitur, vbi in verbo יִקְרָא. ק geminum percipis, in Iſſa, congeminatum ש beneficio daggés efferri.

Sed

Sed quum alicubi, minus robustum, ac minus validum hoc punctum sit, nec consimili vbiq; robore, literas intendat. Placuit eruditis Rabbinis, ipsum, quo melius facilius q; perspiceretur eius natura diuidere. Itaq; dagges, alterum quidem חָזָק, id est, forte, alterum קַל, id est, mollius appellauerunt.

Illud, mollius nimirum cognominantes, quod in sex literis בגד כפת ponitur duntaxat. Quando in dictionibus sunt literæ primæ, vel intra dictionis complexum, post sauá quiescẽs, nouam syllabam efficiunt. Prioris autem exemplo sunt, בָּרָא גָּדוֹל bará creauit Gadól magn⁹, & magnificus, nam sæpe ad magnificentiam quoq; vocabuli natura transfertur. Posteriores, sunt, מַלְכוּת malchuth Regnum, אַזְכִּיר ezcor reminiscar, in quibus בגד dagges quidem habent, Veruntamen cum roboris non ita multum, ad priorem literæ potestatem accessisse percipias. Differentiæ quo q; paululum. siue ב cum raphe, siue cum cum huiusmodi dagges, hunc admodum proferas, intererit.

Quocirca, neq; mihi literatorum commentũ probatur, qui literas, huiusce rei gratia, non permutant modo, sed etiam frequenter inuertunt. Quoties enim Iudæorum vulgus ת Raphé hodie enunciat, non lingualem literam θ sed vel à zamech, vel ab s non dissimilem sibilum profert. Sic, quoties ב sine daghes fuerit, aliquãto q; par

q̃ par est, magis ad f, à quibusdam adflectitur, quod equidem non est literam proferre, sed potius corrumpere, testimonio Beniamin. Etenim in efferendo (vt supra de potestate præcepim⁹) Istuc vel imprimis, obseruandum est, ne literarum ordines à veteribus notati, permisceantur. Nam elementa (vt Beniaminus inquit) quæ vt plurimum vel daggés, vel Raphé, consignant̃, אעף שנטו זו מזו מעט בחזקה ובחלשה רל ברגשות וברפות ;לאנשתנה מוצאם hoc est, Tametsi aliquantulum hoc ab וכלים illo differat, quod ad intensionem vel remissionem attinet, haud tamen ipsorum pronunciandi ratio, vel instrumentum mutari debet. Quare cum daggés, naturæ vi, præsens elementum soleat intendere, neq; tamen eandem vbiq; potestatem corroborandi seruet. Et hinc etiam alterũ sit altero debilius. Parum inepte profecto fecisse putari debent, qui hac duplicitatis ratione ipsum secernere voluerunt.

Ex superioribus igitur fit manifestum, daggés lene, ad exornandam sex literarũ בגד כפת pronunciationem, euphoniæ gratia potius, adhibitum esse, q̃ necessitatis. Nimirum vt rudis lector facile intelligat, literam, cui hunc ad modum inseritur, potestate adeoq; quiescentium imperio, quæ secum Raphe adferunt natura, minime teneri. Quanq̃ & ad internoscenda, & distinguenda sententiæ commata, non inutile pun

ctum esse, sæpenumero deprehẽdatur, de cuius officio alibi copiosius.

Dagges חָזָק, id est robustum.

Daggés autem quod חָזָק Grãmatici appellauerunt, id est, quod non dictionis principio, sed intra verborum contextum, post vocalem ferè breuem ponitur, Neq; vnq; ociosum est, verum perpetuo grammaticam aliquam significat affectionem, vt Psal. xcij. לְהַגִּיד בַּבֹּקֶר חַסְדֶּךָ וֶאֱמוּנָתְךָ בַלֵּילוֹת Ad annunciandum matutino tempore, bonitatem tuam, & veritatem, seu fidem tuam per singulas noctes. Id aũt octo modis Rabbinorũ decreto, in mediam literam inseritur, quos Elias ferè ad verbum sic enumerauit.

Primo.

Primo quidem, vt defectum Nun נ tam radicalis, q; seruilis literæ significet, vt אֶצֹּר pro אֶנְצֹר custodiam, conseruabo, נָתַתָּ posuisti, dedisti, pro נָתַנְתָּ sic מִבֵּית אֱלֹהִים pro מִן בֵּית Item מִקֹּדֶשׁ pro מִן קֹדֶשׁ & in supra adducto exemplo לְהַגִּיד pro לְהַנְגִּיד annunciare.

Secundo.

Deinde vt in coniugationibus, secunda & quarta,

quarta, verborum significationem non modo grauiorem, sed etiam illustriorem reddat, adhibetur, vt יִתְיַצַּבְ מַלְכֵי אֶרֶץ Ithiatztzabú, malché, érez .i. magno sese apparatu, magnoq; studio reges terræ, ad assistendū vnà, & insurgendū pariter componunt, Psal. ij. In q̄ quidem quartæ coniugationis vocabulo יִתְיַצַּבְ ingētem seditionis vim, ac magnū persequendi, concurrendiq; studiū, & id quidē prompte à regibus susceptum, vt aduersus Masicha regem cōspirent, Prophetes significauit. Sic Genes. cap. ij. וַיִּתְחַבֵּא הָאָדָם Et abscondebat sese homo, vbi magnū latere volentis, tametsi frustra, adfectū, studiumq; Moses indicauit. Nam tametsi omēs ille, criminis sui conscius, latebras quereret, & sese inter arbores ab irato numine, vellet abscōdere. Attamen, à deo, quē offenderat, cum ille intueatur vniuersa, & vbiq; præsto sit, fugere non poterat. Ita & יִפְקֹד alicubi prophetarū, visitabit, recensebit, significat, sed acriter, sed diligenter ac studiose, adeo vt planè relinquat nihil, quod non vtiq; exactissime sit inspecturus, de quo non sumat supplicium.

Tertio.

Item in verbis nominibusq;, quæ duas posteriores literas, congeminant, nonnunquam beneficio syncopæ, ex congeminatis priorem extrahi-

extrahimus, cuius sane defectum absentis literæ, officio suo daggés Chazak instaurat, vt סַבּוֹתָ sabbótha circundedisti circumiuisti pro סַבֹּתָ Item לִבִּי cor meum, loco thematis perfecti לִבִּי

Quarto.

Ad hæc quoties efficax quædam in nominibus excellentia, aut excellens efficacia, demonstratioue significatur, ה literam cum páthach - aut literas בלב eadem manente punctandi nota, etiam subsequente corroborandi signo dagges, vocabulorum principijs assuimus, vt הַשָּׁמַיִם שָׁמַיִם לַיהוָה וְהָאָרֶץ נָתַן לִבְנֵי אָדָם Cœli, cœli domino, terram aũt dedit filijs hominum. Prius cœlorum vocabulum, cũ emphasi vates protulit, æque ac si diceret, Cœlum hoc, tam insigne, tam multis rerum miraculis exornatum, cœlum inquam, hoc, Dei cœlum est, & habitatio &c. Sic בַּמָּוֶת bammáueth, id est, in morte, בַּמִּשְׁפָּט in iudicio, vt peculiare quiddam, ac certum & quidem emphaticõs cõmonstrent, ב cum - insignita, vtrobiq; facit, Quam energiam, & primo psalmo, Ideo non consistent improbi בַּמִּשְׁעָט in iudicio, Chaldæus Paraphrastes, qui à quibusdam eruditis R. Ioseph cæcus esse putatur, respiciẽs, ita vertit מְטוּל הֵיבְנָא לָא יְזַמְּנוּן רְשִׁיעַיָּא בְּיוֹמָא דְּבָא

Quam-

Quamobrē haudq̄q̄ insontes erūt impij, in die illa magna. Quod et alius quispiam (siquidem plures psalmorum paraphrastæ fuerunt) בְּיוֹם רִנָּא רִבָּא ad euidentiam alludens expressit, in die magni iudicij. Tametsi frequenter tm articulo sit casuū. Consimiliter etiam vsu uenit, quando ה vocandi signum est, vt מַה־לְּךָ חַיִּם qd tibi o mare חֲדוֹךְ o generatio, o sœculum,

Quinto.

Præterea, & vau copulandi litera, quando futurum in præteriti significatum conuertit, immediate sequenti elemento, daggés imprimit, vt וַיֹּאמֶר & dicebat, וַיְחִי־בֵן & ita factum est. Sic contigerat, in vtroq; vocabulo, iod cū dagges signatum vides.

Sexto.

Interdum etiam לְהַפְאֵרֶת וּלְתִקְרִיאָה ob lectionis ornatum ac decorem, adhiberi scripsit, R. Dauid in michol. Quod duplici ratione fieri, animaduersum est, Primum quando in fine versus ponitur, longa præmissa vocali, vt in libro Iudicum חָרְלוּ cessauerunt, pro חָרְלוּ est enim à חָרַל Sic נָזְלוּ fluxerunt, p נָזְלוּ sine dagges.

Interdum & littera sauata, ornatus gratia, intendendi figuram accipit, atq; id quidem dictionis medio, vt מִקְדָּשׁ sacrarium, sacra ædes, re-

gia domus, ad quã nón quilibet admittit, pro מִקְדָּשׁ Ad eundem modũ Psal. lxxxix. Qui opprobrijs & cõtumelia affecerunt, עִקְּבוֹת מְשִׁיחֶךָ vestigia siue itinera Christi tui, ita em̃ עִקְּבוֹת Abrahã ben Ezra, & R. Dauid, vterq; Scholiastes, interpretant, vbi עִקְּבוֹת cũ Daggés, ornatus gratia, ꝓ עִקְּבוֹת scriptum est.

Septimo.

Nec admodũ raro, pro literis quiescentibus יהוא ponit, per ἰσοδυναμίαν, hoc est æquipollentiam, Nam vocalis correpta (quales quinq; supra cõmonstrauimus) quæ per Daggés sistitur, aut ꝑ sauá mutũ conuincit, eiusdẽ ꝓlatiõis vocali ꝓductæ correspõdet, & ecõtra, vt קְדֻשָּׁה pro קדושה Item צִצִּים pro צִיצִים Sic Prouerb. I. אָז יִקְרָאֻנְנִי tunc clamabunt ad me, ꝓ יִקְרָאוּנְנִי

Octauo.

Postremo autem, literæ ת verborũ finibus radicalis, attamen absentis, symbolon est, vt כָּרַתָּ insculpsisti, pro כָּרַתְתָּ vt Psal. 819 כָּרַתִּי בְּרִית לִבְחִירִי hoc est, insculpsi siue pepigi, iniui fœdus, cum electo meo, iuratus sum Dauidi seruo meo. Alicubi vero & quartæ coniugationis cha-

nis characteristicā ת rep̄sentat, vt אַל תִּטַּמְּאוּ ne vos ipsi polluatis, pro אַל תִּתְטַמְּאוּ Daggés, nimirū literam absentem designante.

Sed notabis, quoties aut ἀφαίρεσιν, aut syncopen, aut alium qualemcunq; defectū, vbicūq; tandem collocetur, repræsentat, ante eam perpetuo literam, proxime, in qua Daggés ponitur, id accidisse declarat, vt אֶתֶּן־לְךָ dabo tibi, vbi Daggés נ literæ defectum, sed proxime ante figuram ת contigisse significat.

Obseruabis autem & illud quoq;, tametsi non infrequens, sed passim hoc punctū occurrat, Attamen haud quaq̄, aut citra delectum, aut temere vbiq; ascribendum esse. Nam post vocales tantummodo breues, annotabitur. Etenim post voces productas, nunq̄ ponitur, nisi illæ accentuum beneficio, veluti fune retractæ, & moris quibusdā longioribus impeditæ, retardentur, (vt supra dictum est) in לָמָּה אֶלֶּה יָמָּה בָתִּים & reliqua.

Ad hæc, neque dictionum initijs, quocunque etiam elemento, neque in literis אַחֵהֲעַר collocabitur vnq̄. Atqui dum sese casus offeret vt gutturales, aut Res ר ꝓ grāmatica affectiōe, id adeo reqrētib⁹ vocabulorū rei q̊q; accidētib⁹

 hanc in

hanc intendendi notam, deſyderare videantur, ſub correptis ijſ'q; à fronte proximis vocalibus eius poteſtatem occultabimus, Breues nimirũ in longas cõmutando, vt pro וַתְּמַאֲנוּ Aleph cum dagges, præcedente Páthach & rennueritis וַתְּמַיְאֲנוּ Vattamaénu dicendum eſt, vt Pro uerbiorum primo factum videre licet

יַעַן קָרָאתִי וַתְּמַאֲנוּ נָטִיתִי יָדַי וְאֵין מַקְשִׁיב

id eſt, Eo quod clamauerim, & nolueritis, extẽderim manus meas, & nemo animaduerterit &c. Páthach in kames conuerſo, ſic בָּרַךְ benedixit, fortunauit, loco בֵּרַךְ vt Iob pri. מַעֲשֵׂה יָדַיִן בְּרָכְתָּ opus manuum ipſius fortunaſti, ſic מְבוֹרֶכֶת benedicta, loco מְבֹרֶכֶת cum Dagges, Item מְבוֹרָךְ benedictum, pro מְבֹרָךְ in quibus omnibus, Dagges ſub lõgis vocalibus diſſimulatur, breuibus nimirum in maiora puncta conuerſis.

De Raphe.

Atqui Raphé, ab eo nomen inditum eſſe apparet, Quod litteram, ſupra quam ponitur, debilitet, remittat, & quodam modo præter ipſius naturam, ad exilitatem quandam ſubtilem, elementi poteſtatem declinet, Diuerſum planè à Dagges officium habet, cũtum em hoc ſignũ literam intendit, tantum illud, nempè Raphe viciſſim infirmat. Tranſuerſa autem linea ſupra literam

teram adſcripta conſtat Páthach non diſſimile, quod tamen infra literæ baſim locatur. Nec vbi ק, omnibus in literis habet locum, ſed tantũin בגרכפת vbi ּ Dagges alienæ fuerint, ſcribet, Quocirca & facilis coniectura naſcitur, Dagges, ſed leuiori duntaxat contrarium eſſe.

Nam quoties ſupra dicta elementa, atq; hæc quidem intendendi, dictionum aut ſyllabarũ, principijs notam detrectant, ſtatim id exigente ſcripturæ proprietate, vti exilius ſonent, remiſſiúſve, Raphé debilitantur atq; molliuntur.

Quamobrem, cum iſtius lineolæ naturam à Dagges abſentia metirentur quidam, in vniuerſum adſcribere neglexerunt, ne varijs, plurimiſq; hinc inde punctis ac lineis, quibus & accentus quoq; ſignificantur, ſcripturam alioquin ſatis grauatam epiſtilijs partim onerarent, partim etiam figurarum ſimilitudine confunderent, Arbitrantes ſiquidem vel à rudibus, ſatis intelligi poſſe, eam nimirum quæ Dagges abieciſſet literam, ad remiſſiorem pronunciandi modum, beneficio Raphè eſſe inclinandam, etiam ſi nuſq; Raphé adſcriberetur. Quod certe perq; ſtudioſe, in hiſce exemplaribus factitatum & obſeruatum eſſe comperio, quæ ſuperioribus annis, partim Genuæ, & Compluti, partim Venetijs et Romæ diligentiſſime ſunt excuſa. Tam etſi Pragenſes, & Germani quoq; Iudæi ea quã dixim⁹ figura, notam iſtam vbiq; ſatis curioſe

ſoleant adſcribere· Nam cum nõ vſq; adeo circa accentuum negociũ deſudent iſti, hac fermè nota, prodigialiť vulgo ſuperbiũt, vt בגדכפת b mollius vel v, gh, d, ch, ph, th· Exemplum eſt אֲבִימֶלֶךְ quod alij ad hunc modũ ſine Raphé expreſſa notant אֲבִימֶלֶךְ Raphé tamen hoc eſt elementorum molliciem ac debilitatẽ, ex Daggés abſentia exiſtimantes·

De Saua', quam inter legendum vocem exprimat, Item quomodo varietur.

Caput XII.

SAuá, cuius & antea mentionẽ fecimus, miniſtrãdi punctũ, ab aſſimulando, ſiue coæquãdo nomẽ accepiſſe videť. Nam (quemadmodũ & R. Abrahám, ſcriptum reliquit) הוּא מִשְׁתַּוֶּה לַתְּנוּעוֹת הָאֲחֵרוֹת בַּמִּבְטָא hoc eſt, alijs fermè om̃ibus in efferendo vocibus, ſuã (qualem cunq; tandẽ habeat) ꝓnunciationẽ accõmodat, vti ex infraſcriptis regulis, melius cognoſces. Próinde nec mirũ cuiq̃ eſſe debet, ſi varia ab idiotis Iudæis ratione, & ferè portentoſa proferri audiat, dum alius inter labra neſcio quã vocem vixdum natam comprimit, alius infœliciũ vmbrarum quiddã referens, cum o commiſcet, alius au-

us autem ſicut E proferens (vt cum Plauto dicam) ronchiſſat. Quæ demũ pronũciandi barbaries, dum quiſq; vulgo parentis inſcitiam aſſectari ſtudet, conſuetudine roborata, & pũcti naturã, & doctiſſimorũ Grãmaticorũ canones propemodũ euertit. Peſſimus ſiquidẽ linguæ cuſtos perpetuo fuit vulgus. Quamobrẽ vti exactius ſauá cognoſceres ſtudioſe adoleſcens, ad vocabuli etymologiã recurrimus, quæ q̃d ſit, quid efficiat, q̃ꝫ deniq; inſtabilis Euripus ſit, abunde exprimit. Nam שָׁוָה cõparari, adæquari, ſimilẽ eſſe, & conferri eſt, vt Prouerb. xxvi. Ne ſtulto ſecũdũ ei⁹ ſtultitiã rñdeas פֶּן תִּשְׁוֶה לּוֹ ne forſitã cũ eo adæqueris, ne cũ eo conferaris, ſimilis ſtultitia. Quo certe reſpexiſſe, eruditos credendum eſt, qui per vau punctum ſauá שׁוּא ſcripſerunt.

Nam q̃d alij plæriq; per ב intermediũ, שבא (niſi mendoſa quorundã Grãmaticorũ ſint exẽplaria) ſcribãt, nõ damnamus, patimur em̃ vtrũq;, ad mutam potius ſiſtẽdi aſtringẽdi'q; naturã accõmodari poteſt. Eſt em̃ ſauá mutũ, q̃d lr̃as cõſonantes, ad præcedẽtia pũcta breuia, aſtringit, correptarum vocum veluti carcer quiſpiam, intra quem, ceu neruis impeditæ, hinc inde captiuum quiddam, inter conſonãtes exprimũt, Verũ quũ (vt opinor) ſatis ſuper'q;, de iſtius cũ officio,

officio, tum natura supra diximus, ad communes pronunciabilis saua regulas, quas veteres adscripserunt sermonem conuertemus, si tantũ illud monuerimus, vt memineris semper, hũc vertumnũ aliarũ vocum esse ministrum. Proinde si omnino sonabit aliquid, istuc q̃ celerrime, & q̃ ocissime facere, ne multum in ea quã reddit vocem hæreas, cum ab oñi prorsus grauitate, accentu q̃ punctum sit alienum.

Prima regula de pronuntiatione sauá, quæ est Rabinorum, Dauid, & Mosche Kimchi.

OMne sauá quod literas gutturales אהחע præcedit, vt gutturalis literæ punctum vocale sonat, proferetur, vt לְאַבְלָא loochlá in cibũ pro cibo sauá sicut Kames Chathúph pronunciatur. Propterea quod א eodem puncto kamez quod est Malepoum insignit, quod hac imprimis ratione à kamez rachab discernes, si ad vltimam vocabuli adusq; syllabã accentu decurratur. Nam vbicunq; post kamez productũ, sauá sequitur statim, ne constrictionem quemadmodum breues, patiatur, diuisionis mora secernitur, vt שָׁמְרָה sámará, ad differentiam שָׁמְרָה somrá custodi, pronunciatur.

quam

quam rem dum parum attente quidam consy=
derant, incircunspectius confusius'q; de prolati=
one kamez loquuntur. Ex ea nanq; nõ bene per
specta puncti regula, factum est vt vbiq; ferè si=
cut o, vulgo enuncietur. Quoties enim דְּבָרֶיךָ
dabarécha vel dauarécha dicendum est, per ka=
mez rachab, hic doforécho per kamez chathuph
seu malepoum crassius edicitur. Sic vt ad insti=
tutum redeam תְּאֵנָה teena ficus, saua ad vocẽ
zere pronunciando deflectitur, propter guttu=
ralis elementi pũctũ zere. Sic וְהָאָרֶץ vahaàrez
בְּאֶרֶץ בִּנְיָמִן beérez Biniamín קֶחִי kichi acci=
pe וְעוֹף vohhóph & auis.

Huc etiam et ea pertinent, quæ Græcis & La
tinis contractis siue exemptis syllabis, hiatus ni
mirum deuitandi gratia proferuntur, יְהוּדָה
יְהוֹרָם יְהוֹיָקִים יְהוֹיָכִין יְהוֹיָדָע יְהוֹשָׁפָט
יְהוֹאָשׁ Ιούδα, Ιωρὰμ, ἰωιακὶμ, Ιωαχὶν, Ιωιαὴ, Ιωσαφὰθ,
ἰωάς. Iouda, Ioram, Ioiakím, Ioachin, Ioiada, Io=
saphath & Ioas. Nam si in istis sauá per E pro=
fers, vides q̃tum à veterum consuetudine, atq;
à doctiorum Rabinorũ instituto recedas. Quã=
obrem satis inconsulte, nec se digna facere, qui=
dam scribentium hodie, mihi videntur, qui nõ
aliquando, sed plærunq; (vt apparet) iniustius
q̃uis leuiculam ob causam, in Rabinorum vo
culationes, tanq̃ parum eruditas inuehuntur,
ex idiotarum καὶ ἀναλφαβητῶν pronunciatione, an
tiquo=

tiquorum lectionem æstimantes. Cum tantum hæc ab illa differat, ꝙtum diei, nox interest.

Secunda regula.

Quando vero ipm iod sequit, quacunq; vocali subscripta, sonabit chiréck, vt בִּיר מִשָּׁה bi iad mosé, & יִרְמְיָהוּ Iirmiiáhu. Quã regulã in cõmentario Kimchico, ad Tiberienses veluti authores Elias Leuita retulit. Qui (vt nõ multo ante meminim) emẽdatioris ac purioris laude ꝓnunciationis, cum ab oñibus celebrẽtur, tũ vero maxime à Rabi Ioná, cuius nõ postrema inter hammadakdakím authoritas est, commendant. Dum in Rickma sic inquit, חיהודים ירשבי טיבריא הם בקיאים בלשון חקדש: ומבטים אותח יותר בצחות והבירור מבל שאר חיהודים hoc est, Iudæi qui Tyberiade vixerũt, vt fuere reliquis omnibus Hebræis doctiores, & in sacra lingua callentiores, ita profecto rectius, elegantius, & melius cæteris ꝓnunciauerũt. Quos etiam citãte Leuita, Rab Abraham ben Ezra, punctorũ, accentuum, & Masóreth, inuentores nõ Ezram, contra Thalmudicorum sententiam, esse credidit. Sed ad regulæ exempla nos conferamus. Ioelis I. וְיֶתֶר חָאַרְבֶּה אָכַל חַיֶּלֶק וְיֶתֶר חַיֶּלֶק id quod relictũ est à locusta, Bruchus deorabit, &

bit, & q̊d post se relinquet Bruchus, depascetur Chasil quartũ locustæ genus, om̃ibus nocentius, וְיֶתֶר vi iéther legẽdũ est, sic וְיוֹנְקֵי שָׁדַיִם vi ionaké sadáim, & lactẽtes pueros, sauá sicut Chireck ꝓnunciat. Quanq̃ Elias faciat discrimẽ. Nam si Iod cũ Chireck punctatur (inquit) sauá sicut páthach, enunciandũ est, vt וְיִשְׂרָאֵל va Israél, nõ vi Israél, Quod cur alia factũ ratione putabimus, q̃ vt ne syllabæ diuersæ, ijsdem cõmisceãtur sonis, Alicubi em̃ et Rabinos magis elegãtiæ, q̃ rationi studuisse liquido apparet. Eiusdem gñis est q̊d R. Abrahã etiam cholẽ excepit.

Tertia regula.

Postremo, q̊cũq; loco, q̃cũq; sub lr̃a ponet, oĩm tam recentiũ, q̃ veterũ Rabinorũ authoritate, sicut páthach, aut nõ ita multũ à páthach dissimilit, ꝓferre debes. Cui⁹ rei, ceu priscæ quædã vetustatis imago, ĩ samuel, Manasse, Zachariáh Saba, Salomon, σαβαὼθ, Zabaoth, Saalthiel, & Chanaan, etiã vsq; hodie cõspicit, quæ oĩa sauá principijs scripta visunt, vt שְׁמוּאֵל מְנַשֶּׁה זְכַרְיָה שְׁבָא שְׁלֹמֹה צְבָאוֹת שְׁאַלְתִּיאֵל כְּנַעַן

Tametsi Græcis confusius quædam obscuriúsque, et rotũdius efferantur, vt Σολομῶν, Γοδολίας, Σοφονίας quemadmodum et supra diximus. Neq; hic Iudæorũ è vulgo, miserãda balbutie quispiã

quíſpiam idiota permouerit animum, qui Schlomo, Smuel, aut Schelomo Semuel, & quomodo non: proſerendum eſſe acriter in ſtet, pro conſuetudine. Cum pluris apud ingenuos, eruditorum ꝙtumuis paucorum conſenſus eſſe debeat, ꝙ id quod cum repræhenſione (quemadmodum Fabius inquit) multis inſederit. Quis enim iſtiuſmodi vocum portenta ſaltem meliora doctus ferre poſſit: niſi qui etiãnum ita ſapiat (modo iſtuc eſt ſapere) vt commonſtratis frugibus, ac meliori cibo, glandib⁹ adhuc veſci malit. Quocirca cum ea puncti ſaua ꝓnũciatio, cui plus nimio, ꝙ decuit Germani hacten⁹ indulſerũt. Plurimas ab etymo dictiones, & multa extra hebraiſmum vocabula, è noſtris bibliis alienauerit, eò redeundum cenſeo, quo doctiores hebraicæ ſynagogæ magiſtri, eruditis ſuis ac ſolidis grammaticæ præceptis, nos reuocant ac reducunt. Inter quos Rabi Iudas, & Ionas. Item ſapiens & doctus Abraham ben Ezra. Dauid Kimchi, & nouiſſime Rabi Elias Leuita, connumerandi veniunt, qui alí quanto purius ſacræ linguæ, adiſcendæ principia complexi ſunt, ꝙ iſti, qui indoctam ſecuti multitudinem, ſæpius malæ conſuetudinis deprauatiori licentiæ, inſeruire coguñt, magis q̃ rationi.

Præterea obſeruabis, tametſi (vt ſupra dictũ eſt) rapidiſſima ſit huius vocis natura, dum pro

fertur

fertur, adeo vt breuissime omnium celerrimeq; fallat potius aures, q̃ feriat. Attamẽ, si quando breuis lineola ipsam præcedet, nonnihil tempore collecto, & beneficio tardantis notæ remugiet. Quamobrem non שוא tantum sed etiam גַּעְיָא id est mugitus, à remugiendo grammaticis dicta est, vt שְׁמַע בְּנִי מוּסַר אָבִיךָ Audi báni mi fili patris tui institutionem, sic, בָּרְחֹבוֹת תִּתֵּן קוֹלָה baróchobóth in plateis dabit vocem suam, sic lxviij. psalmo בְּמַקְהֵלוֹת בָּרְכוּ אֱלֹהִים & aliquanto infra eodem, שֵׁם בִּנְיָמִן צָעִיר רֹדֵם שָׂרֵי יְהוּדָה רִגְמָתָם שָׂרֵי זְבֻלוּן שָׂרֵי נַפְתָּלִי Ibi Beniamin natu minimus Dominator eorum, Principes Iúhuda duces eorum, Principes Zabúlon, Principes Naphtali. In omnibus istis atq; consimilibus exemplis, sauá præter solitum nonnihil protrahitur, beneficio remorantis figuræ quæ ad ipsum annectitur vt vidisti.

Porrò quando componitur, quod propter gutturales ferè contingit id sonabit, sed rapidissime tamen, quod punctum cui assuitur Nempe cum ־ sic ־ a breuissimum, cum ֵ ad istũ modum ֵ e breuissimum, cum kames chathuph hac figura ֳ o rapidissimum constituit, nihil alienæ vocis admiscens, quemadmodum & Rab. Dauid in michlól attestat, vt אֶהֱלוֹ יַעֲקֹב

יֶאֱסוֹף óhólo, Iahacób, Iéezóph.

Ex quibus cuiq; satis liquere puto, cum tam sit varium ac prolatione diuersum punctum sauá, cur potissimum sauá dictum sit, etymologiæ proprietatem posse tueri. Nunc autem & quando legendum sit, & quando mutescere debeat paucis (aduerte) docebo.

Quomodo sauá, aut plane silere, aut pronunciari debeat. Caput XIII.

TAmetsi ex productarum breuium'q; natura vocum ac differentia, colligere queant studiosi, qñ sauá pronunciari debeat quando minus, Attamen cum videã in Grammaticorum scriptis esse quædam, quæ difficultate quadam sua, tractandi'q; ratione, infirmiores, qui nondum robur his in rebus fecerunt, turbare possint, paucula, (quantum quidem, cũ ex sacræ linguæ ratione, tũ obseruatione veterum didici,) ad necessarias pro consuetudine ab eruditis annotatas p̃ceptiones adijciã, quæ tibi aliquanto propius penitius'q;, pronũciabile sauá, cognoscendum dabunt.

Obseruabis igitur, cum frequenter, punctũ, de quo nunc agimus mutum plane, veteres quidam animaduerterent, alicubi autem & ꝓnunciatione quadam, quanq̃ leuiori præditũ esse

esse consyderarẽt, duplicẽ eius naturam esse voluerunt, Alterũ sauá נַח .i. quiescens, alterũ sauá נַע hoc est q̊d mouetur, ac ꝓferri potest, appellãtes. Mutũ ex superioribus ita finiri potest, quod post vocalem nimirũ breuẽ, syllabã claudit, & cum ijs quæ à tergo hærent consonãtibꝰ præcedentis puncti naturã cõstringit, vt מַלְכִּי Mal ḵ chi, rex meus אַרְצִי arzí terra mea.

Pronunciabile id esse dicitur, q̊d nouã perpetuo syllabam, siue dictionis medio, siue principio collocetur inchoat, vt פְּקֹד pakód visita, recense, sis memor, הִקְעוּ שֹׁפָר בְּצִיּוֹן

Nam vt prius illud claudendis vocibus, ita posterius, aperiendis syllabis aptum signũ erit, Quocirca et motuũ seu vocaliũ prĩcipiũ haudquaq̃ inepte, quidã esse dixit. Et quanq̃ nõ adeo difficile sit (ꝑspecta puncti natura) cognoscere, qñ pronũciari debeat, vbi mussandum, vbi deniq; silendũ sit. Attamẽ quo memoriæ discentiũ consulerẽt Grãmatici, quinq; regulas ꝓnũciãdi sauá, posteris tradiderũt, quas etiã ꝓpterea q̊d sint valde breues, & memoriæ bono nõ defraudem studiosos, libenter adscribam.

Prima.

Sauá dictionũ principio, quacũq; sub litera signabitur, perpetuo sonabit, vt בְּרֵאשִׁית בְּקֹדֶשׁ bakódes ĩ sacrario, baresith principio.

Cuius regulæ author est, magnus ille grammaticus Iudas Chiagus in libro Hassether vahammésech, quamobrem friuolum est, quorũdam de connexilibus literis, commentũ, Smuél pro Samuél, Schlomó pro Salomo, Breschís pro baresíth pronuntiantium. Nam in his similibus'q; vocabulis sauá, cum syllabam ordiatur efferendum est, q̃q̃ tamen eius vbiq; celeritatis commeminisse oporteat, quam & supra notauimus.

Rectius itaq; Germanis nostris integrius'q; Hispani & Itali, qui propere ac celeriter pro signi conditione omni in loco dictionum initijs sauá proferunt.

Vnum tamen à regula Ben Asser excepit, nẽpe שִׁתִּים & שִׁתֵּי quod אַשְׁתֵּי & אַשְׁתַּיִם non tam protulisse, propter ת daggés intẽsum quam etiam scripsisse, creditur, cuius sententiã eruditus punctandi Magister Rab. Naphthali, confutauit.

Secunda.

Item quod post longam vocalem ponitur, citra controuersiam sonabit, vt שָׁמְרִי sámarú, יֹשְׁבֵי אֶרֶץ Iósaué, árez habitatores terræ Iohelis primo.

Etenim producta vocalis, cum per se vocem terminet ac libere eloquatur, quæ statim à tergo litera subsequit, nouam cum suo puncto syllabam

bam inchoet neceſſe eſt, vt יְשַׁבּוּ Iaſabu ſiue Iáſauú media breuiſſime prolata.

Tertia.

Eadem ſanè proferendi ratio ſeruatur, quoties ſub literis quæ daggés ſignant collocatur, vt מִקְּרוֹשׁ יִשְׂרָאֵל mikkadós Iiſraél à ſancto Iſraelis Ieremia LI. הַמְּאֹרוֹת הַגְּדֹלוֹת hammooróth haggadolóth, Et faciebat dominus duo luminaria magna, ſub מ & ג ſaua, pferēdū ē.

Quarta.

Præterea quando intra dictionis medium, ſauá congeminatur, prius quidem, cum ad præcedentem vocalem pertineat ſilet, habent ſiquidem opus carceribus, ne perfluant breues, quēadmodum principio dictum eſt, Alterum autē quia ſubſequentis initium ſyllabæ eſt, proferri debet, vt יִשְׂרְצוּ הַמַּיִם Iiſ_razú Hammáim ſcateant, & multa copia abundent aquæ reptilibus. Sic xxxv. pſal. אַל יִשְׂמְחוּ־לִי אוֹיְבַי שָׁקֶר al Iiſmuchulí, ne gaudeant vel exhilarētur mea cauſſa, hoſtes mei falſò &c.

In fine dictionum ſi conduplicabitur, quieſcet vtrumq;, vt שָׁמַרְתְּ ſamart cuſtodiuiſti mulier, אָמַרְתְּ dixiſti mulier, פָּקַדְתְּ pakadt viſitaſti.

Ad hæc ſi vel vnum hoc loci tantum ponit ſauá, non pronunciabit, vt לָשָׁוְא laſaú רַיְרָא

vaiar. Et vidit quod discriminis gratia, p וַיַּרְא dictũ est, à themate רָאָה De sauá q̃d principio vocabulorũ congeminari posset, hic nulla mentio, nam (vt ante cõmemini) verborũ initijs nũq̃ siue simplex, siue compositum sit, conduplicari solet.

V. regula.

Postremo sonabit etiam, quoties duæ consimilis figuræ literæ, inuicẽ immediate cõsequũtur, et prior signo sauá notatur, vt חַלְלוּ חִנֵּנִי halalú, hinnaní, laudate, ecce ego. Quas vel hic demũ obseruatas esse apparet, pnunciãdi præceptiones, q̃d simili statu, Sauá, etiam si proxime vicinas habeat בגרבפת eas tñ nusq̃ ad Daggés corroborandi signũ astringat. Quod aliâs ferè semper contingit, quoties ipm est ineffabile, vt אֶזְכּוֹר מִשְׁפָּט Ezcor, Mispath, Ergo ne quis addubitare possit, vel præmissis cõmorãdi accentibus iuuari, vel (vt aliquãto crassius exeat) cum Páthach, etiam sub consonantibus dilatari solet, vt חַמְרַכְּרִים חַמְרַכְּרִים loquẽs loquẽtes, גַּלְלֵי צַלְלֵי gelalé, zilalé, stercora, vmbræ, & רַבְּבוֹתָיו quibusdam in exemplaribus, pro גַּלְלֵי צַלְלֵי רִבְבוֹתָיו

Frequenter etiam & ijs vocabulis quæ daggessari consueuerunt, pronunciatum sauá post correptas voces ponit, ob consuetudinẽ tamen scripturæ lenitatẽ Daggés expuncto, qualia sunt,

ſunt, הַלְלוּיָה halalulá Laudate dñm. לַמְנַצֵּחַ ad præſulem. Quod qua frõtis impudẽtia infinitiuũ qdã eſſe aſſeuerauerũt, diuinare nõ poſſum, ſed ipſi viderint, qui ne quid neſciſſe videantur, cognoſcendi tantũ opinione turgidi, huiuſmodi in vulgus ſpargere nõ verent̃, E qbus daggés, attenuãdi laboris gratia, à ſcribis eiectũ eſſe putat̃, ſic eſt הִנְנִי pro הִנֵּנִי quod הֵן אֲנִי aut הִנֵּה אֲנִי En ego interpretamur.

Et q̃q̃ hæc omnia, inani propemodũ à Rabinis ſtudio, ac fruſtraneo quodam conatu, aliâs adſcripta, nobis annotantur. Attamen cum ſolent illa tenacius hærere, quæ vt fuſius ita crebrius inculcantur. Nonnunq̃ autem & varietatis gratia capiamur. Pro docentium conſuetudine, quinq; pronunciabilis ſauá regulas pro ut à Grãmaticis præcipi ſolent, explicatius recenſere placuit. Nam qui ſauá נע hunc admodũ finiuit, nimirũ quod nouã vbiq; ſyllabam inchoat, ſemel oẽm ꝓnũciãdi vim, cõplexus ẽ, qſqs igit̃ iſtã ꝓnũciabilis notæ deſcriptionẽ, velut recte ꝓferẽdi filũ ſequet̃, vt nuſq̃ locis q̃tũcũq; ſalebroſis impingat, cauebit in tempore.

Cæterũq̃d Latinorũ plæriq; Grãmaticorum, operoſis appendicibus veterũ p̃ceptiones grauare potius p̃ explicare maluerunt, adijcientes, cũ añ gutturales literas, & iod, tum ſub gutturalibus etiam ſauá quocunq; loco, pronũciandum eſſe, vt non præter authoritatẽ modo,

 ſed

ſed præter omnem rationem faciunt, ita viciſſim iure optimo (ne לתועי רוח & incogitantiæ q̊q̧ ſua deſit pœna) cum his ſuperfluis pronunciandi legibus à nobis explodentur. Non em̄ in his מַלְאַכִי & מִלְחָמָה conſimilibus'q̧ Maleachí aut Milechamá vt quidam voluerunt, ſed Malachí & Milchamá, pronunciandū eſt. Perīde acſi מַל־אַכִי Mal־achí et Mil־chamá ſcriptum eſſet, Sic אֶלְעָזָר Elhazar, Aronis filius triſſyllabum אֱלִיעֶזֶר Elihézer Abrahami ſeruus, tetraſyllabon eſt, Sic & alia plæraq̧ efferuntur.

Nam poſt vocalem ferè breuem, ſauá non profertur, ſed eſt ineffabile, ea namq̧ (quemadmodum & multò ante præcepimus) breuium natura eſt, vti mox proximam à tergo literam, vel ad daggés, vel ad ſauá, quod mutum appellatur, cum præcedentibus elementis, ſub vnam ſyllabam conſtringant.

Erit itaq̧ in his conſimilibus'q̧ vocabulis ſauá combinandæ, ſeu claudēdæ potius ſyllabæ nota, non pronunciabile punctum.

Præterea quando iod de ꝓximo ſauá ſequit̄, niſi ex ſupra dictis quicq̄ impediat, idem obſeruato, vt זְבַרְיָה Zachar Iá, tribus ſyllabis efferendū eſt, non Zachare Ia aut Zacharía נְתַנְיָה Nathan Iá, non Nathane Ia aut Nathanía, ſic יְשַׁעְיָהוּ Iaſahláhu, non Ieſahelahu, עֹבַדְיָה

hobad

Hobadlá, non Hobadelah, aut Hobadía, nisi apud Hebræos Græce potius efferre, q̃ Hebraice malis. Nam isti quidem (Græcos volo) cũ pro linguæ natura, nusq̃ iod habeãt consonantem. sed vbiq̃ ferè correspondentem iota vocalem, pro consonante hebræis quidem vocibus apta, vocalem iota (vt vbiq̃ litera in literam maxime vicinam conuertatur) substituere coguntur. Nam si planè diuersis in aliena lingua literis, quod equidem ad potestates attinet, nomina expresseris, omnis tibi etymologiæ ratio, q̃ apud Hebræos vnice spectanda est, fluctuabit.

Hæc igitur necessitatis lex totas, nõnunq̃ dictiones, nedum syllabas aut literas, ad peregrina quædam, permutare consueuit, Vt enim Latini suæ linguæ flexibus, quædam tum vrbiũ, tum populorum, barbara vocabula, ab ijs gentibus, quibus propria fuerant, vsurpando, adeo obscurant, vt vix agnosci possint (Quotus enim quisq̃ inter belgas Flandrorũ hodie Gandauum, aut Gallorum inter celtas Lugdunum, non latine doctus suam ciuitatem nominari credat: cum vtrobiq̃ plurimum à barbaris vocibus sit discrepãtiæ) Similẽ ad modũ Græci, cum ex sacræ linguæ penetralibus ad se noua recipiunt, sui idiomatis sæpius necessitati sæpius elegantiæ, (cui quidem hæc natio vbiq̃ plurimum indulsit) sese accommodantes, aut literam, aut spiritum, aut syllabam, nunc apponũt

interdum etiã adimũt dictiõibus, vt in Iuhudá & Ioſaphath videre licuit, qua quidẽ re efficit ſæpenũero, vt Iuhudæi ſua tñ vocabula, ab his vſurpata nõ poſſint agnoſcere, cuius ſane teſtimoniũ ex eo quẽ de antiquitatibus lib. Ioſephi Gorionis filius inſcripſit, vel hoc ſolo noíe adducam, vt aliam ſermonis hebraici, aliam græci in ijſdem vocibus lectionẽ, eẽ cognoſcas. Nomina (hebræa intellige) propter ſcripturæ decorem (inquit) Græci ad delectationẽ legentiũ mutauerunt, neq; eñ puinciæ noſtræ eſt huiuſmodi formis vti, Et alibi, Quidã vero placita ſibi noía mutauerunt, Alij aũt, (vt inhabitatoribus clarius eſſe viſum eſt) conuerſionẽ noĩm fecerũt Græci tñ ſunt huius rei authores, qui poſteris tẽporibus cõfortati, etiã antiq̃rũ gloriã ꝓpriam effecerũt, & gẽtes noĩbus exornarũt &c. Item in eiuſdẽ voluminis epilogo, tametſi Græcarũ literarũ, q̃d equidẽ ad grãmatices experimenta pertinet, ſe ſatis gnarũ eſſe exiſtimauerit, attũ verborũ prolatiõis integritatẽ adipiſci, paternã id ſi bi conſuetudinẽ denegaſſe conſcripſit. Nimirũ q̃d alia Græcorũ, alia et multum ab hac diuerſa Iudæorũ prolatio Ioſephi tempore fuerit.

Quamobrẽ Hebræa rectiſſime pronũciabis, ſi nõ Græco, nõ Latino, nõ Germanico, aut alio quopiã ex aliꝭ deſumpto linguis ſono, ſed hebraico tñ ore ꝓferas. Sunt eñ Græca, proprie-

tate

tate, quæ huic genti natiua est efferenda, nõ latinis idiotismis aut tenoribus commiscenda. Quemadmodũ etiam Gallũ nimium gallice, aut Scotũ plusq; scotice, latina sonantem propemodum exibilant latine docti, ita haudquaq; ferendus est, qui sacram, & adhuc omnium à cataclysmo linguam minime contaminatam, אשר לא יחסר כל בה ואין דבר בה ריק (In qua, vt nihil Abrahami testimonio deest, ita prorsus nihil inaniter supereſt) varijs ac diuersis à loco petitis idiotismis, & suæ in q̃ quisq; natus est linguæ, dialecto conspurcat.

Nec dissimilis, aut rationis aut consilij fuisse videt, doctissimus ille disertissimusq; Fabius, cum scriberet, se quidẽ à sermone græco puerũ incipere malle, sed tñ, vt nõ ita longo post tempore latina subsequerent, ne in plurima nimirum oris vitia, in peregrinũ sonũ corrupti, & sermonis, cui cum græcæ figuræ, assidua consuetudine hæserunt, quæ in diuersa loquendi ratione pertinaciſſime durare solent, puer incideret, sed pari iuxta cura, ne altera (quemadmodũ inquit) alteri possit officere, sed quasi pariter eant, tutaretur vtramq;. Quo quidem è scripto quid aliud quæso te queas colligere? q̃ huc oẽm destinatũ eẽ, integerrimi parit ac solertissimi viri laborẽ, q; vt ne pueri, tãetsi eos pri⁹ græca discere vellet, ppt pulcherrimas disciplinas è qb⁹

&

& nostræ fluxerunt, latinæ linguæ puritatem, castam'q; pronunciationem Græcanicis idiotismis ac peregrinis vocibus contaminarent. Qd' si in prophanis vsq; adeo Ethnicus homo linguis, hanc animi solicitudinem, curam'q; reponere non est veritus, vt alteram non cum alterius detrimento, sed integre à studiosis vtramq; percipi voluerit. Nos Christiani, idem ea in lingua, è q̃ plurima pietatis mysteria promanant, diuersa religionis sacramenta exuberant, Prophetarum oracula adiuuante spiritu cognoscũtur, non attentabimus? Et ne diuersis (q̃s quæq; natio proprios habet ac innumerabiles) sonis commisceatur, Hæc, non modo linguarũ oĩm simplicissima, sed & perfectissima quoq;, qua'q; deus ipse rerum parens, miseris mortalibus nobis, diuinæ mentis, animi'q; sui, viuam quandã expressit imaginem, ne commisceatur inquam, non curabimus?

Quapropter vt cuiq; ergo linguæ, propria quædam scribendi ratio, et suus quidam orthographiæ modus, ita sanè & vnicuiq; peculiaris proferendi genius est, & quædam à natura θρεπτα tributa, quam tum demum facile ac fœliciter, in sacra lingua assequeris, si non ex turbulentis quorundam lacunis, sed ex ipsis vndiq; fontibus haurias, si non indoctam vbiq; Iuhudæorum consuetudinem, siue potius abusum, sed rationem cui doctorum consensus Rabbinorũ

norũ conformis est, & linguæ naturã sequaris.

Eadem quoq; & in istis ratio seruabitur, vt שָׁמַעְתָּ יַחְדָּיו audiuisti, vnà, quæ non sammá hata, vel iachedáu, sed sammáh ta & iachdáu ꝓferuntur, Nam tametsi sub gutturalibus sauá ponitur, haud quaq̃ tamen efferri debet, nisi nouam cum sua litera syllabã ordiatur, quod præcedentes vocales correptæ prohibent, & daggés quod statim subsequitur, diuersum indicat.

De Accentibus quid conferant. Caput XIIII.

HVcusq; de literis, vocibus, punctis, item ex his constitutis syllabis, varijs'q; ipsarum passiõibus, quid melioris sœculi Rabini veteres, scripto mandarint, si nõ, vt volui, breuiter, attamen qua potui fide, recensui, sed vt non satis est, saxa, materiem, calcem, cætera'q; ædificaturo necessaria, in vnum aceruum rudia congerere, nisi adhibitis artificum manibus, rasa, dolata, ac perpolita prorsus omnia in iustam ædificij molem surrigantur, Sic in pronunciando, quamlibet multas literas, voces, syllabas, vnam in dictionem compactas etiam congeras, cumulus tantum, & rudis quædam est futura congeries, indistincta'q; massa, nisi ratione certa, atq; ordine, adscriptus eas accentus, regat, digerat, gubernet, ac veluti viuum, adposito pronunciandi modo

modo, mortuũ alioqui seu languidũ dictionis corpus, efficiat. Est enim (quemadmodũ non inscite quidã dixerunt) accentus, נֶפֶשׁ חַיָּה id est, dictionis anima, & signũ propter vocis harmoniam adhibitũ, cum ad retardandam retinendámve præpoperam celeritatem, tum ad accelerandam vocabuli tardam pronunciationẽ, vt acutæ nimirũ grauibus, longæ breuibus tẽperatæ syllabæ, cum suauitate currant.

Neq; alius melior est emendatæ pronunciationis artifex aut moderator. Siquidẽ hic annis graues tardosq; senes, ducit. Hic etiam pueros celerius, concitatiusq; voces ac syllabas conglomerantes moratur, hic muliebrem deniq; mollicíem, ac virile robur, contemperat, & vt summatim semel dícam, hic vnus, est ratio, virtus, robur, vita, dictionibus.

Próinde quoq; nõ male à veteribus etiam טַעַם est appellatus, quod dictiones certo quodam consilio, certaq; vel deprimendi vel eleuandi ratione gubernet, In quo & vsq; adeo situm esse multum, prisci Grammatici voluerunt, vt si antea, hũc non haberes cognitum, nõ modo quæ de recta pronunciatione verborum præcipimus, verumetiam & reliqua, quæcunque vel ad grammaticam spectant cognitionem omnia, nequicquam sis attentaturus. Quam sane verborum sententiam, quidam apud Hebræos eruditus Poëta, duobus non ine-

inelegantibus versiculis expressit.

אִם תַּחְפּוֹץ לִהְיוֹת׃ בְּדִקְדּוּק תָּמִים
שִׁים לִבְּךָ וּלְמוֹד׃ לְהָבִין טְעָמִים

Si voles esse, in Grammatica consummatus
Appone cor tuum ac disce intelligere accēt⁹
Huic etiā & illud consonat, q̊d alicubi insignis
ille Rabi Abrahā ben Ezra בפירושיו scriptū
reliquit, כל פירוש שאינו על דרך הטעמים
לא תאבה לו׃ ולא תשמע אליו׃ כי בעל חטע
מים ידע הפירוש יותר ממנו Oēm illā in=
terpretādi rationē (inqt) q̄ nō accētus respicit, ne
q̄ voles, neq̄ feres. Nā q̄sq̄s ille fuerit, q̄ prim⁹
accent⁹ repperit, quiq̄ singula tenorib⁹ signa=
uit, multo rectius ac melius, q̄ nos, vniuscu=
iusq̄ interpretationē nouit. Item & illud quod
Esaia primo annotauit, Nisi de⁹ zabaóth supes=
se fecisset nobis שריד כמעט .i. reliquias, op=
pido paucas &c. לולי׃ דברי הנביא בעבור
ישראל שהם אומרים׃ וכמעט דבק עם
שריד בעבור טעם המפסיק׃ כי עקר גדול
הוא לשמור דרך הטעמים hoc est, Nisi, &c
verba sunt Prophetæ propter Israelitas q̄ sic lo=
quebantur affecti'q̄ fuerant &c. וכמעט .i.
Oppido parum siue perpaucas cum שריד .i. re=
siduo, siue reliquijs cohærere debet, propter ac=
centū, qui sub vocabulo perpaucas, quietē aut
cōma præstat. Vnde ꝓfecto argumentū nascit.
cur quis diligent accētus obseruare debeat, ha=
ctenus ille. Huc & illud ꝑtinet q̊d Rab. Salom.
cele=

celebris apud nros Iudæos famæ, cõmentator, ſæpius in ſcholijs occinit טַעַם הַמִּקְרָא יוֹרֶה id eſt, accentus ſcripturæ id ipſum arguit, quod certe non faceret, ſi aut leuis, aut nulla, quẽadmodum apud plæroſq; eſt, apud ipſum quoq; eſſet ratio accentuum.

Quamobrem cum apud Rabinos etiam in ſignificando tantum habeat momenti accentus, & in legendo ſit velut artifex, qui dictionẽ perpoliat, necnon & βάσανος quiſpiam, qui certa ratione (quando ex multis tum literis, tum vocibus dictio coiuit) qua parte, ſyllaba ſit eleuanda, commonſtret, nefas eſſe duxerim ipſum vel diſſimulare prudent, vel negligenter præterire.

Nam vt planè deformis lectio neglecta proſodia redditur, quis enim vel apud triuiales Grammaticos hodie ferat, aut ſaltem riſum tenere queat, ſi puer Dominus, dominí, dominó, dominorum, ac Muſarum, vel apud Hebræos, indoctus quiſpiam (quorum vbiq; magna copia eſt) pákad, pákadthi, pákadto, contra vocabulorũ naturam pferat?

Ita viciſſim, ſi ordine certo, modoq; longas à breuibus, acutas à grauibus, ſyllabas diſterminés, & diſcrimine quodam ſuo ſingula metiaris, non in hac quidem ſola Hebræorum lingua, ſed in alijs omnium nationum, omnibus linguis, non tantum commode, ſed etiam eleganter pronunciabis.

De ac-

De accentuum diuisione.
Caput XV.



Accentus igit, quo dè noster hic sermo institutus est, tametsi quidem à quibusdā Grāmaticis triplex esse dicatur, nempè Grāmaticus, Rhetoricus (sic eū appellare quibusdā placere video) hoc est, proprius, improprius, & musicus, de proprio, & improprio, vel maxime tū hic dicā, Nam postremus, cum nō ad lectionē mō faciat, verū & alia quædā habeat, in oratiōis corpore potiora officia, iustiorē sanè q̄ vel hic locus, vel paginæ angustia patitur, tractationē desyderat.

De accentu proprio qui noīatur טְעָם

PRoprius accentus, quē & alij Grāmaticū vocarūt, is est, quē vnū aliquē omis dictio naturaliter habet, cuius potentia atq; virtute, q̄ quidē in syllaba ponit, eleuanda venit, ac præ cæteris q̄ grauant, exacuenda, vt in præsenti exemplo videre licet, לוּלֵי יְהוָה צְבָאוֹת הוֹתִיר לָנוּ שָׂרִיד כִּמְעָט כְּסְדֹם הָיִינוּ לַעֲמֹרָה דָּמִינוּ Lulé iohouá zabaóth hothir lánu zarid kimhád, kizdòm haiínu láhhamorá damínu, hoc est, Nisi Dominus zabaóth superesse fecisset nobis, residuū quiddā, & id quidem perpaucum, sicut Sodoma fuissemus, ipsi Gomorræ similes fuissemus. In singulis vides accentus singulos dictionibus, vbi & reliquis

depressis atq; grauatis syllabis, vnaquæq;(cui quidem prosodiæ signum est) extollitur. Nam vt Latinis, græcis'q; dictionibus vnus aliquis semper accentus percipitur, sic apud Hebræos, nullum omnino vocabulum inuenias (præter ea quæ per Mackáph combinandi lineam colligantur) quod non peculiarem quempiam, ac naturalem accentum habeat. Nam cum tenor ornatus quidam sit dictionibus, aut vita potius vt volunt Grammatici, nulla certe potest citra illum dictio recte sonare, & quemadmodum quoque regem à quolibet è vulgo, non facile queas secernere, nisi purpurea chlamyde, aut regio paludamento, aureáve palla, indutus, etiam corona ac diademate conspicuus sit, Sic difficulter admodum quid dictio sit penitus cognoscas, nisi proprium (quem'q; natura desyderet) tenorem adscriptum videas, q̃re nõ absurde cecinit quidam.

בַּתֵּיבָה בְּלֹא טְעָמָה
בַּמֶּלֶךְ בְּלֹא עֲטָרָה

Qualis dictio citra accentum est,
Talis Rex qui sine corona est.

Hoc est per omnia regi, qui citra coronam est, similis est dictio quæ citra accentum est.

Porrò accentus proprius qui טָעָם à Grammaticis

maticis cognominatur, bifariam diuiditur. Alter enim מִלְעֵיל id est, supernus, alter vero מִלְרַע id est, infernus appellari potest.

Milhél vero is esse dicitur, qui in dictionibus, penultimas ferè syllabas occupat, vt אֶרֶץ מֶלֶךְ קֹדֶשׁ שָׁמַרְתָּ פָּקַדְתָּ qui hinc certe nomen sortitus est, quod ferè superiorem siue anteriorem vocabuli partem eleuet. Nam in istis nõdicas commode Eréz, meléch &c. Sed érez, mélech, kódes, samárta &c. dicendum est.

Milrá, qui ab inferiori, nomen habet, Perpetuo siquidem in postrema infimaq; vocabuli parte, atq; adeo vltima dictionis syllaba hic tenor considet, vt חָכְמָה מִלְחָמָה חָכָם פָּקַד Chochmá, sapientia, Milchamá, bellum, Chachám, sapiens, Pakád visitauit, Neque est alius huic genti, aut familiarior aut frequẽtior accẽt⁹.

Nam vt Latini penultimas, vel antepenultimas ferè peculiariter acuunt, sic & Hebræus populus, singulari quadam ac natiua consuetudine, vocum vltimas frequentius attollit. Atq; hæc vel imprimis fermè vnica est ratio, quamobrem non vsqueadeo sese primo conspectu facilem, nostris hominibus (qui latinis tenoribus assueuerunt) hæc lingua præbeat. Cum latina q̃ propemodũ pueri discimus, planè dissimilib⁹ vocũ eleuatiõib⁹ cõtrarijs'q; syllabarũ tenorib⁹

 efferan

efferantur, & ab hac nostra (quod equidē ad accentuum rationē attinet) plus q̄ δὶς ἀπὸ κοινοῦ .i. bis per omnia (vt habet prouerbiū) discrepent. Quoties enim nostri homines hebræa legunt, ad suos, natiuos q̄ sonos relabuntur.

De figuris accentuum natiuorum.

CAeterum & hoc diligenter consyderandū est, accentū proprium seu natiuū, quem alij Grāmaticū appellant, proprias figuras nō habere, quibus prosodiam notare possit, sed ab accētu musico signa (quæ quidē ille habet plurima diuersa q̄) mutuatur, quæ, præter id quod accētus musicus significat, vocabuli, vel in vltima, vel penultima syllaba tenorē siue propriū accētum repræsentant. Quod igitur in vltima dictionis syllaba, aut in ea quæ huic est proxima, notam quampiā adscriptā vides, hoc est, q̄d postremū in dictiōe locum, vel eum qui ab isto secundus est, ceu certam quiescendi sedē, accentus sibi delegerit, ad טַעַם .i. natiuū dictiōis accentū, & peculiarē eleuandi notam pertinet. Sed quod hæc nota, ꝓpriā quandā atq; singularem sit nacta figurā, hoc est q̄d aut שׁוֹפָר יָשָׁר .i. buccina seu cornu rectū, aut קַרְנִי פָרָה .i. cornua vaccæ, aut שַׁלְשֶׁלֶת .i. catena, aut זָקֵף גָּדוֹל .i. erectus, magnus, aut שׁוֹפָר מְחוּפָּךְ .i. cornu, seu buccina conuersa, hoc est, quod sit, instar buccinæ curuata, aut sursum erecta, aut in obli

obliquũ retorta, vel vtroq; latere circulariẽ obliquata figura, muſicorũ accentuũ officia reſpicit, qui ad orationẽ magis integrã, q; ad dictiones, referendi ſunt, cõmode per ſingulas paſſim orationis partes diſtributi, vt efficacem ac ſignificantem efficiant ſententiam.

Próinde ſi in plærisq; Grãmaticorũ lucubrationibus, natiuorũ accentuũ plærag; ſigna comperies, hæc ſolum docendi gratia parata eſſe, cognoſcito, vt velut certis indicijs vnaquaq; in dictione cõmonſtret tibi, vbi accentus ſiue dictionis proſodia deſyderet. Quod in iſto quicquid libelli eſt, ſedulo quidẽ (etiam quoties hebræa latinis ſcriberemus literis) ſeruauimus. Notauimus em̃ nõ aliquando, ſed plærumq; tonorũ ſedes, vt eo nempe facilius, Iudaicæ dictioni adſueſcerent, quicunq; ad hæc ſacra contendunt.

De accentu Rhetorico ſiue ímproprío. Caput XVI.

VErum em̃uero cũ non mõ parum elegans forſitan lectio videat, ſed ꝓ re quæ ſignificatur etiam abſurda, Eas nimirũ dictiões, quæ tribus, quatuor, aut eo amplius ſyllabis conſtitutæ ſunt. ſi accentu מֵרֵץ (quí vt ſacræ magis linguæ familiaris eſt, ita frequẽtiſſime occurrit) notentur, vno velut ſaltu præcipites, q; ocyſſime ad poſtremã vſq; ſyllabam decurrere. Quin etiam &

periculum inde naſcitur, ne præcipua dictionis parte (dum ad hunc modum וּמִמּוֹעֲצֹתֵיהֶם non refrenato principio, ſed concitatius pro וּמִמּוֹעֲצֹתֵיהֶם vmmimóhazóthehém proferimus) auditoris aures fruſtremur.

Præterea cum & illud parum ſit gratum auribus, dictiones, quæ penultimis ſyllabis acuuntur, ea principijs vicina habere vocabula, quæ Græcis ὀξύτονα dicuntur, facit enim hæc combinatio, propter nimium propinquas & frequentiores eleuationes, κακοφωνίαν, vt Prouerbiorum primo, וַיִּוָּסֵר לֶקַח pro וַיִּוָּסֵר לֶקַח tranſlatis accentibus efferas. Inuentus eſt accentus Rhetoricus, qui vtrumque hoc lectionis malum caſtigaret, hoc certe nomine Rhetoricus à noſtris appellatus, quod ornatu, grauitate, & oratoria quadam maieſtate in certos veluti numeros orationem ſtruat.

Nos impropriũ vocauimꝰ, q̃d præter naturalem, qui dictionis anima, antea dictus eſt, ob decorem (vt ſuauior diuerſarum vocum pronunciatio reddatur) accedat. Quemadmodum in quibuſdam latinis dictionibus, videre eſt, quæ propter enclitica, quæ tenorem ſuum in proximam ſyllabam reflectunt, præter natiuum, adciſcunt etiam accentum alienum, vt dóminꝰ dóminusq̃, áthamasq̃, thoasq̃. Quin & Græ

ci in

ci in orationis contextu, sæpius acutum in grauem asperitatis deuitandæ gratia: commutant, vt Matthæi v. ὥσπερ ὁ πατὴρ ὑμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, τέλειός ἐστιν. i. quemadmodum pater vester, qui in cœlis est, perfectus est. Quæ tametsi per omnia, non sint his nostris æqualia, attamen docendi gratia, qua & alia plæraque ab humanis lectoribus feruntur, adscripsimus.

Hic etiam est duplex, alter qui מֶתֶג Métheg hoc est frenum, alter qui מַקַּף Makkáph, id est, copula vocatur.

De Métheg, siue nota protractionis.

Métheg, linea quædam est recta, quæ in vltima acutis dictionibus, vel ad principium vel non ita procul à dictionis principio, propter retardandam ac refrenandam pronunciandi celeritatem, adhibetur. Est enim sicut frenum quo quis nimis concitatũ vocabuli cursum, cõpescat, retineat, ac velut auriga, è carceribꝰ emissos equos quõ velit gubernet, vt בֵּינְךָ וּבֵין הָאִשָּׁה Bénachá vben háissá, inter te & mulierem. Sũt qui גַּעְיָא gahiá. hoc est mugitum appellent, quod syllaba, istiusmodi protractionis linea, à concitatiori currendi fuga retenta, nonnihil remugire, quasi quæ vinculis se impediri sentiat, videat. Neq; defuerũt q הַעֲמָרָה hoc est

 statio

ſtationem, aut firmandi notam cognominarũt, Syllabã em̃ ſub qua collocaẽ, firmitudine quadam grauiorem efficit, ne ſub æqualitate cæteris cõmuni, ad finẽ vſq; (vbi verus accentus eſt) ocyus decurrat. Nec ad ſimplicẽ tm̃ pronuncian di legendi ve rationẽ facit, verũ & rei q̃q; ſignificationem, necnõ orationis efficaciam ſæpius decenti grauitate cõmendat. Plærumq; ſiquidem rei præſentis negociũ id adeo exigere videẽ, vt ne voces, quæ in orationis conſtructiõe, aut ſignificantiores ſunt aut illuſtriores, concitato nimis curſu præterfugiant, vt Moſé primo, הָאִשָּׁה אֲשֶׁר נָתַתָּה עִמָּדִי הִוא נָתְנָה־לִּי מִן־הָעֵץ וָאֹכֵל Culpam reiiciẽtis, verba ſunt atq; in mulierem tranſferentis crimen, ac ſi dicat Domine הָאִשָּׁה Mulier illa, mulier inq̃, ea, quã me coràm ſtatuiſti, quã ex his meis oſſib⁹, & carne finxiſti, cuiul'q; gratia & patrem et matrem, hoiem deſerere voluiſti, הִוא Ea ipſamet mulier, ex arboris fructu porrexit, vt comederem, vel & comedi &c. Cum Emphaſim igitur habeat hoc loci, mulieris vocabulũ, non male firmationẽ, aut מָתֹג gubernandæ quidem pronunciationis ſignũ, principio accepit, vti præproperam in dictione celeritatem הָעֲמֵרָה & grauitas, caſtigarẽt. Eſt igitur הָאִשָּׁה Há, Iſſá, propter commorandi notam, ferè diuiſim enũciandum.

Huius

Huius moræ virtutem, quidã inter hebræos carmine complexus, posteritati commendauit, quod equidem quia admodum breue est, & studiosorũ adiuuare possit memoriã, adnotaui

בַּקּוֹרֵא בְּלֹא הַמֶּתֶג
כָּרוֹבֵב בְּלֹא הָרֶסֶן

Qui sine Métheg, hoc est, morandi nota pronũciat, is perq̃ similis est equitanti, qui neq; habenas, neq; frenos adhibet.

De accentu Makkáph siue copula.

ACcentus alter, siue improprius siue accessorius, מַקַּף Makkáph vocatur, à priori longe oĩm diuersissimus. Nam cum superior ille מֶתֶג in eadem frequenter syllabas dictione, æqualibus currentes spatijs, numerisq;, interiecta mora, distinguat ferè ac separet. Hic contrà dictionibus etiam diuersis, connexione quadã ac colligandi vinculo, syllabas omnes sub vnũ aliquem accentum cogit, adeo vt diuersorum nominũ syllabæ diuersæ, vnam propemodum dictionem constituere videantur. Id em̃ מקף etymon designat, quod à נָקַף coarctare, contrahere, circuire, copulare, & coniungere, Chaldaico themate manat, exẽplũ est לְאִישׁ כִּכַּר־לֶחֶם hoc est, singulis kiccarléchem. i. portionẽ panis Vbi tametsi kiccar lechem, duo sint ac distincta vocabula, ad vnum tamen accentum beneficio

Makkáph quæ copulam præstat, æque ac si vna dictio forent cogunt. Quēadmodū ergo מִתֶּג in dictione, vnam aliquā, & id quidē initio, ab accentu natiuo syllabā retrahit, ac veluti retardat, ita duarū, nonnunq̄ & trium vocū diuersas syllabas מַקָּף ad טָעַם accelerat.

Cæterū vt ille propter accentū qui Milráh dictus est, ita & hic propter eum qui Milhél cognominatus est adhibet. Nam q̊ties Syntaxis siue verborū sit, siue noīm, dictionē Milrá, ad eam quæ milhel est (ita postulante sermonis ordine) conglutinat, hoc pacto שְׁפַל רוּחַ Tum ferè inter vtramq̄, ceu cōmissuram quandā, lineam Makkáph, expuncto quidē prioris accentu Milráh, interserimus. vt pro שְׁפַל רוּחַ id ē humilis siue deiectus animo, שְׁפַל־רוּחַ sub vna eleuādi nota Saphal-Rúach efferim⁹. Sic וַיִּשְׁמַר־אֵלֶּה valsmor-élle. Perinde ac si vna diuersis compacta syllabis dictio sit, neglecto prioris accentu pronunciatur. Nam si distinguas שְׁפַל רוּחַ saphál ruách, non tantū asperitate pronunciandi, in Grammaticorū leges committes, verumetiā & ea quæ natura coniuncta sunt, multo cum periculo separabis. Sæpius tñ solam exornat lectionem, quemadmodum & מִתֶּג. Neq̄ vero, cum ijs etiam dictiōibus quæ

sunt

ſunt Milráh .i. vltimacutæ raro ponit, vt Ieſai primo שִׁמְעוּ דְבַר־יְהוָה קְצִינֵי סְדֹם Audite verbũ dñi Principes Sadóm· Sed tũ vero maxime, qñ vel ea, quæ ſyncategoremata grãmaticis dicunt, vel indeclinabiliũ partiũ voces quæ Iudæis מִלּוֹת הַטַּעַם cognoiantur, præcedunt, ſi vel ipſa fuerint penacuta, vel monoſyllaba, quibuſcũq; accentibus, ſubſequẽtia vocabula ſiue noĩa, ſiue verba, notari cõtingat, & aliq̊ ſaltem mõ ad vnã ſyntaxim pertineãt, per Macckáph cõbinabunt· vt כָּל־מַלְאַכְתּוֹ omine opus ſuũ אֶת־קָדוֹשׁ יִשְׂרָאֵל ſanctũ Iſraelis עַל־יְהוּדָה aduerſus Iuhudá· Et econtra, ſi monoſyllabon ſequat, vt לָמָּה־לִּי quid, cur mihi, לְבוּ־נָא &c. De quibus quidẽ omnibus Grãmaticis curandũ eſt. Illud aũt obiter tm̃ cõmonefecero, q̊ties ea quæ per iſtam accelerandi notam dictio coniungit, in vocalem aliâs productã exit, hic vocẽ productã in breuẽ, ſed ſibi ſimilem (propter Makkáph) cõmutari. vt כֹּל־מַעֲשֶׂה Col-mahaſé kaméz chathúph, ꝑ Cholém factũ eſt. Sic em̃ qñ diſſoluta ẽ copula כֹּל ꝑpetuo ſcribitur. Sic יִשְׂמַרְאֵלֶּה Iſmor-élle pro diſſoluto יִשְׂמוֹר אֵלֶּה & reliqua.

DE

De accentu musico.

Caput XVII.

Accentus musicus, quem & נְגִינָה dixerunt, à concinendo aut psallendo, is est, qui non tantum iuxta etymologian, sonos musicos, vel in canendo harmoniam indicat, sed dictiones singulas (quod quidem ei vel præcipuum est) ad bonum sensum, propriis quibusdam figuris notisq; disponit, vt scias vbi suspendere spiritum, quo loco versum distinguere, vbi comma figere, vbi colon apponere debeas, vbi sensus claudatur, vnde incipiat, & (quemadmodum in latinis Quintilianus scripsit) quid lentius, celerius, concitatius, lenius denicq; ac temperatius tardiúsve dicendum sit commonstrat. Breuiter ex huius prosodiæ figuris tam variis, tamq; diuersis (habet enim plurimas) cum pronuncian tis, tum scribentis affectum, ac velut totius orationis vultum, habitumq;, studiosis eruenda esse, quidam ex Rabinis non indocti, existimauerunt. Nam quis obsecro in animum inducat suum, qua vnusquisq; accentuum præditus figura est, temere, ac citra prudens à priscis sapientibus consilium expressum esse? Item cur hic illum præcedat, hunc autem sequatur ille. ad hæc cur sua cuiq; appellatio tributa sit, cur ille supra, hic infra corpus vocabuli ponatur, cur denicq;

nicꝙ dictionis finem hic, ille vero principium, vt peculiarem quiescendi locum delegerit vsur paueritue?

Quæ tametsi à doctissimis Iudæorū magistris (ꝙtum equidē mihi constare potuit) ignorentur. Necꝙ ob suorum peccatorum quibus et premuntur & exulant molē, ante sui iam olim sed frustra desyderati MESSIAE tempora scire confidant. Verum enimuero cum intra paucos annos in linguarum studijs ad miraculum vsqꝙ á Christianis hominibus & sudatum sit & profectum, iuuante Christo.

Item cum alia multa, tum præcipue hebraica splendorem acceperint, spero futurum equidē, vt si quæ hinc pietati gloria cedit (cedit enimuero ex his similibus'qꝙ literis vel maxima) tanto cognitionis bono, suos CHRISTVM haud quaqꝙ dedignaturum.

Diuisio musicorum accentuum.

ET hunc etiam bifariam Grammatici diuiserunt, Quidam enim מְלָכִים hoc est Reges quidam מְשָׁרְתִים ministri aut famulantes appellantur. Quanqꝙ Rabi Kalonimo placuerit diuisionem esse trimembrem, alios etenim ille reges, alios ministrantes, alios qui necꝙ reges, necꝙ ministri essent, sed medium quiddam inter vtroscꝙ tenerent fecit.

Reges.

Reges

Reges quid sint, quidve efficiant.

Reges sunt, qui regia quadam sublimitate in oratione præeminent, dictionem, versum, aut qualemcunque pericopan (vt maior circa singula attentio comparetur) à consequenti verborum contextu separantes. His enim Colō & comma, Periodus quoque, in omni פָּסוּק aut סלוּק hoc est omni versu qui absolutam complectitur sententiam, significantur.

Isti nobis & vultus grauitatem, & animi passiones καὶ πάθη, hoc est animi motus & affectus, pro diuersis figurarum formis quibus exprimuntur produnt. Quid lentius, quid concitatius pronunciandum, vbi leuiter commorandum, vbi denique iusta orationis quies constituenda sit, commonstrantes.

Ministri.

Ministri autem sunt, qui certa ratione, certóque collocationis ordine, regibus debitum præstantes seruiendi munus, præcurrunt, vt illi famulantium constipati ministerio, grauiori pompa, ac maiestate, diuersis orationis partibus, vndique præcellant. Nulla alioquin insi-

ſnſigni quieſcendi nota, quas occupant dictiones, retardant, celeritatem magis & concitationem, ac maturum ad Reges verborum curſum tantum indicantes. Pertrahunt enim velut vno ſpiritu ad regios accentus (in quibus ſolis cum reſpirandi, tum quieſcendi mora eſt) dictiones ſuas. Ea tantum eleuata ſyllaba tono, vbi accentus figura, aut nota voculatiõis figitur, illic enim ferè proprius vocabuli accentus deſyderatur (quemadmodum ſupra dictum) quem paulo ante cum plæriſque Grammaticum appellauimus.

Porrò accentus regios Kalonimus ex veterum conſuetudine ſedecim recenſuit, cum ſeptem miniſtris, quorum ſingulorum, ſingula nomina, figuræ, ſiue ſigna, quibus effigiantur, ſubſequuntur.

Sed priuſquam pergam, notabis, cum in hoc typi genere nobis accentuum characteres deeſſent, lineas pro vocabulis vſurpare, (vt commodius quæ vellemus commonſtrare aſſequereris) coactos eſſe. Quamobrem quo loci ſpacio accentus conſideat, quæque ſint, ſingulorum ſedes, diligenter obſeruato. Quæ res, vel eam obrem minus difficultatis habet, quod Hebræorum populus, vltimas tantum & penultimas ſyllabas natiuis accentibus deſtinarit, quos ferè magna ex parte (paucis admo-

admodum exceptis) muſicorum ſigna ſequuntur. Quocirca vbicunq; lineas (quæ nobis vocabulorum vice, docendi gratia vſurpantur) vel interpunctis, vel exiguis aliâs notis diſcriminatas eſſe conſpexeris, hic tropum, ſeu muſicum characterem velut peculiari loco velle quiſcere, accipies. Vbi vero duobus ſecantur interſtitijs lineæ, vtroq; citra controuerſiam ſpacio, toni figuram figi poſſe memoriæ commendabis. Quanquam tamen reperiantur, qui primã in dictionibus literam (etiam ſi binarium, vel ternarium ſyllabarum dictio ſuperet) peculiariter occupent, vt תלשא Talſá Eradicator.

Sic & alij plærisq; poſtremas uocabulorum literas proprio & ſingulari iure deſyderãt, vt Zarká, ſparſor, Zegolá proprietas, Paſéth vel paſtá, id eſt, extenſus, Taliſſá kathaná, quemadmodum infra ſuo loco commodius dicetur.

Tabula ſedecim regiorum accentuum, ex qua ſingulorum nomina, figuras, & quo quiſq; dicti onis loco conſideat, facile poſſis cognoſcere.



Sparſor	זַרְקָא
Proprietas	סְגוֹלְתָּ
Diſpſor par- (uus.	פַּזְרַקְטוֹז
Corn. uaccæ	קַרְנֵי פָרָה
Eradicator	אַלְשָׁא
Ambulator	אַזְלָא
Imminens	רָבִיעַ
ij. expulſores	שְׁנֵי גְרִישִׁין
Erect. maior	זַקְף גָּדוֹל
Diuiſor	פַּסֵּק
Extenſor	פַּשְׁטָא
Erect. minor	זַקְף קָטוֹז
Labor	טַרְחָא
Suſpirium	אַתְנַחְתָּא
Fractor	תְּבִיר
Catena	שַׁלְשֶׁלֶת

De Regibus notabis, Quoties vocabulum, cuius postrema litera יחוא conspicitur, accentu quopiam regali fuerit insignitum, perpetuo ab insequenti mox dictione, pausæ beneficio, distinguetur, ac notabili pronunciationis quiete, separabitur. Quamobrem si vllam è symbolo בגדכפת verbum insequens, literam habuerit, cum dagges, non tam pronunciandum quã scribendũ esse principio, distinctionis ergò, obseruabis, vt Psal. vij. הנשא בעברות צוררי Eleua te, temet attolle, propter indignantes furores hostium meorũ. En ב daggús, post quiescentem Aleph, propter regem Tarchá priorẽ. Nam illum qui in fine dictionis ponitur, Tarchá posteriorem, in Psalmis, Prouerbijs & Iob distinguendi potestatem non habere Mose Kimchi in Mahalách, annotauit. Quale est illud Psalmi centes. & quarti ישברו פראים צמאם Isbarú Pharaím, frangent, sedabunt illic sitim suam onagri. Consimilem ad modum Iob quarto, versu decimo, ושני כפירים נתעו Et dentes leoninorum catulorum falsi sunt, aut sunt euulsi, quemadmodum Rabbi Mosé bar Nachmán interpretatus est, Quod in hisce tribus præcipue voluminibus, fieri existimat Elias, propterea quòd & versibus, incisis, & membris quoque breuioribus, præ cæteris, sacræ scripturæ libris, constent. Quamobrem

rem & punctorum quoque vocalium, non modo accentuum rationem, hic quàm alibi sæpius variare, contra Grammaticorum decreta, Abraham à Balmis, non semel liberè fatetur.

Huc etiam & Soph pasúck, Iathíb, Et lagarmé (quod quidem ad distinguendum pertinet) tametsi Reges non sunt, annumerantur.

Tabula septem Ministrorum Accentuum.



Cornu rectum		שֹׁפָר יָשָׁר
Cornu inuersũ		שֹׁפָר מְהוּפָךְ
Lunauniusdiei		יָרֵחַ בֶּז יוֹמוֹ
Gradus		דַּרְגָּא
Scutum		תַּרְסָא
Antecedens		קַדְמָא
Protractor		מַאֲרִיךְ

 Isti omnes

Isti omnes, pro sua quisq; natura, regibus inseruiunt, dictiones suas, quibus affiguntur, celeritate quadam, ad distinctionem, quam Reges præstant, cogentes. Quamobrem & סמוכין ומשיכים Hoc est alligati & pertrahentes, à nonnullis Grammaticorum haud quaquàm inepte cognominati sunt. Nam ad ea quæ proxime subsequuntur vocabula, decorò proferendi nexu, velut catena alligantur, vt Iirmiáh Capite primo.

בְּטֶרֶם אֶצָּרְךָ בַבֶּטֶן יְדַעְתִּיךָ וּבְטֶרֶם
תֵּצֵא מֵרֶחֶם הִקְדַּשְׁתִּיךָ נָבִיא לְגוֹיִם
נְתַתִּיךָ ׃

Quod ita distinctum accentibus cõmode proferas, Bathérem ezzorchá babbéthen, iadahhthícha: vbathérem, tezé meréchem, hikdastícha nabí lagoím, nathattícha. i. Priusquam te formarem in ventre, cognoui te, Et priusquã prodires de vtero, sanctificaui te. Prophetam populis constitui te. In quo certe פסוק .i. versu vel periodo, Bathérem ezzorchá, Prius quidem cum Kadmá, alterum cum Muhuphách ministris, ad Regem Pastá qui est supra Babbéthen, decora proferendi continuatione (vt illic distinguendi mora sit) ducuntur. Nam Pasét vel Pastá rex, Si duas ante se dictiones habeat, prior Kadmá, posterior Muhuphách notabitur. Sequitur Iadahhthícha cum Zakeph Katòn, in q̃

sicut

ſicut in Colo vel commate, quieſcitur. Hic nullum miniſtrum habet, propterea quod Paſtá mox præceſſerat, Aliâs enim et cornu ſuſtinens & cornu Hhilui cognominatum, præmittere ſolet. Deinde Vbathérem cum Tabír Regium tenorem ſubiectum habeat, morã facit, ſed Paſéth aliquando minorẽ. Tezé et meréchem cum Maarích ſubſequente Rege Tarchá, proferunẽ, Quocirca ſubdiſtinctionis nota à reliquo ſermonis contextu ſeparantur. Poſt hæc Hikdaſtichá, cum Athnachta (quod quidam aut colon, aut membri vice eſſe credunt) ſine miniſtro ſequitur, Quanquam fermè aliâs aut Sophar Iaſár, ſi vna dictio præcedit tantum, Aut Sophar Iaſár & Mackáph, ſi duæ præmittantur, miniſtros habere ſoleat· Nabi Lagoím, cũ Maarích, qui & Merchá dicitur, & Tarchá rege· Omniũ poſtremus, qui eſt in Nathathícha, propterea quòd verſum finiat, Soph paſuck .i. finis verſus aut Periodus eſt appellatus.

Porrò qualem vnuſquiſque Regiorum accentuum, vel miniſtrum vel præcurſorem admittat, præſentis inſtituti non eſt, et vt maxime fuerit, attamen neque negocia noſtra, quibus dum hæc ſcriberemus, obruebamur, neque temporis anguſtia, vlteriorem huius rei tractationem permiſerunt. Quare qui velit ampliora, aut Reuchlinum, aut Rabi Kalonimum, aut Iakob Chiiam conſulat, qui ex profeſſo accen-

tus, iuſtis Libris ſunt proſecuti.

Præter iſtos, ſupra commemoratos, reperiuntur & alij quidam, qui neque Reges, neque miniſtri putantur. Attamen (vt Kalonimus ſcriptum reliquit) Regum ac miniſtrorum veſtigia ſequuntur, Illud namque inter reliquos accentus eſſe dicuntur, quod עם רל באנשים Hoc eſt, quòd homines plebei, inter præclaros Ciues, vel (vt aliquanto propius conferam) quòd ordinis Patricij, præcellentes viri, inter Reges ac Principes, & cæteros Aulicos qui neque regia, neque principis ſublimitate pollent, exiſtimantur. Habent ſiquidem & iſti poteſtatem, ſi non per omnia Regibus æquiparandam, ſæpenumero tamen ipſis Miniſtris, plærumq; ſuperiorem. Quanquam igitur à priſcis ſuperiorum appellationibus ſint comprehenſi, Et figuris etiam cum Regibus, vel miniſtris planè communibus, ſint notati, Haudquaquam tamen recentiorum induſtria Grammaticorum (quando non vbique ſimilem vel æqualem obtineant proprietatem) contemnenda fuit. Nam tametſi Iathíb eadem cum Muhuphách figura, ſignetur, nonnihil tamen diuerſitatis habet officio. Ponitur enim Muhuphách, vel in vltima, vel in penultima ſyllaba, citra diſcrimen vtrobiq;. Iathíb vero propemodum extra vocabulum, ſub prima tantum litera, & id quidem ante punctorum omnium

appreſſi-

appreſſionem, collocatur.

Conſimilis fermè differentia, inter Sophár Iaſár, Hilui, & Makarbél eſſe putatur. Nam tametſi hæc tria, vno atque eodem ferè ſigno, figurentur, Attamen ante Zarcká Regem, plærunque Hiluí, id eſt, cornu exaltatum, Ante Zaképh Kathòn, ſi dictio præcedat, cuius vel principium, vel penultima deſyderet accentum Makarbél, id eſt, cornu ſuſtinens, hæc figura dicetur. Sed quando reliquas diſtinguendi notas, hæc ſiue cornu, ſiue buccinæ figura, præcedet. Sophár iaſár vel Munách, id eſt, cornu rectum (miniſtrorum accentuum ferè præcipuus) appellabitur.

Sic Paſſéck, Regale punctum à Iagarmé, diſcrimen habet. Paſſèck ferè inter duas conſimiles dictiones ponitur, alio quopiam mox ſubſequente Rege, vel Athnáchta, vel Zakeph Kathón, & miniſtrum habet, Sophár iaſár. Atquí Lagarmé, inter duo cornua recta, conſimili cum Paſſèck figura exprimitur.

Huius autem ordinis accentus, numerantur octo, quorum ſigna cum prædictis (ſi voles) conferto.

Tabula Plebeiorum, ſeu Mediorum Accentuum.

Sedens		יָתִיב
Cornu ſuſti- (nens		שְׁפַר מְבַרְכָּל
Cornu exalt.		שְׁפַר עִלּוּי
Duo Baculi		תְּרֵין חוּטְרִין
Diſcus euer- (ſus		סַחְפָּא
Subulinum		מְאִילָא
Exoſſator		לְגַרְמֵי
Finis verſus.		סוֹף פָּסוּק

In quibus quidem Maiſlà, quod ſubuliſnum cornu interpretantur, tametſi cum Tarchá priori conueniat figura, haud tamen ſententiam, aut ſententiæ partes diſtinguit, ſed ſerè peculiariter Soph paſuck nonnunquam inſeruit.

Eſt autem & illud præterea obſeruandum, non nſdem apud omnes Iudæos accentus, nominibus appellari, Nam quem Romani Tarchá, Germani Tiphchá nominant, quem illi Sophár iaſár, Iſti Munach appellãt. Quamobrem ne earundem penè rerum diuerſis tamen appellationibus turberis, accentuum ſynonima ſubñciam.

Regum Synonima.

Talſá

Talsá & Talisá Gadolá, Tarchá vel Tiphchá, Garisin & Therſijn vna res est. Pazer & Paser Kathón, Karné Phará, & Pazer gadol, Segolá & Saré, idem efficiunt.

Miniſtrorum Synonimia

Sophar iasár, et Munach idem præstant. Dargá & galgál, Maarich & Merchá, Kadmá Esel Tarsá & Talisá Katanná.

Plebeiorum Synonimia.

Taren Chutarín & Merchá Caphulá. aut Sane Maarichín, Iathib & Sophar Mukadám, Soph Pasúck, & Saléck.

Inter eos autem qui pausant plurimum, & sententiarum partes, vel præcipue distingunt, sunt. Zakeph kathón, Athnáchta, Soph Pasuk, Item Zarká, Zegolá, Tarchá, Pastá, Paseck. &c.

Ex his igitur cuiq; satis liquere puto (quòd quidem ad Rudimenta linguæ pertinet) quantum sermonis Hebraici candidatis Accentuum musicorum, vel leuis noticia, conducat. Nam præterquam quòd vel commata, vel cola, vel plænas alioquin distinctiones repræsentent, In quauis etiam dictione significāt, vbi vel deprimenda vel attollenda syllabæ vox sit. Prodit enim (quemadmodum & supra dictū est) naturiuum tenorem, musica figura, Hisce tantū exceptis signis, quæ vel primam vel postremam in dictionibus literam desyderant peculiariter. Qualia sunt Zarká, Zegolá, Paséth, Et in mini-

 ſtris

ſtris Tarſá, ſiue Taliſá Katanná. Nam cum hæc poſtremas tantum in dictione literas, ſingulari quadam orthographiæ proprietate, ceu certam quieſcendi ſedem, occupent. Accentum illum qui vocabulis in penultima natiuus eſt, indicare non poſſunt.

Quamobrem ex alijs, quam ex iſtis potius, Grammaticorum legibus, cognoſcendus eſt. Exempli gratia, in Paroxytonis, מִלֵּד אֶרֶץ שָׁמַרְתָּ cum aut Zarká aut Paſéth inſigniuntur, contra natiuum proferes accentum, ſi muſicum ſequaris tropum. Proinde ſcribarum, & quorundam punctantium induſtriam ſtudioſis, (præcipue autem his, qui Grammaticarum paſſionum, etiamdum ſunt imperiti) & collaudandam & amplectendã cenſeo, qui vbiq; in his ſimilibuſque vocibus, Accentuum characteres, congeminant: Alterum quidem ſtatuentes, vbi vel Zarcká vel Paſéth, cæteraúe canendi ſigna, proprie ſolent quieſcere. Alterũ vero, vbi natiuus accentus deſyderatur. Itaque in מִלֵּד quoties Zarká, aut conſimilia ſigna requiret, Alterum ſupra finale ד: Alterum quidem ſupra מ, propter infirmiores collocauerunt.

Nec vero diſſimilis in Eradicatore eſt ratio, Nam cum primum in vocabulis elementum poſſideat, τῶν ὀξυτονῶν proſodiam indicare nequit

quit, vt חָכְמָה sapientia. Quamobrem (vt dixi) quidam è numero הַנְּקֻדָּנִים (quemadmo & שער הנגינות tractatus accentuum, attestatur) בעבור בני ארם שאינם יודעים באיזה מקום ראוי לנגן Hoc est, propter eos, qui vbi natiua tenoris sedes sit, ignorant, duo Tal sá, alterum vbi accentus dictioni proprius est, alterum vero dictionis principio adscribunt.

Quanquam vero & istam congeminandi accentus rationem, sæpenumero plurimi prætereant, prout cuiq; facile in diuersis Bibliorum exemplaribus, videre est.

Sic etiam & Tarchá prior in tribus Libris, אמת id est, Iob, Prouerbijs, & Psalmis, contra genuinum dictionis accentum, inicio vocabuli, nec quidem raro collocatur. Interdum autem & rex suo loco ponitur, & præcursorem, seu ministrum, eo in loco vbi accentus proprius desyderabat, in eadem frequenter dictione, accipit. Nam cum Ministro Rex egeat, neque plures dictiones præcedant, fit vt minister natiui quidem accentus loco ponatur. Quam equidem signorum proprietatem, quibus הנגינות & modi & numeri in Musicis significantur, nisi & cognitam & pspectam habueris, frequenter etiam in vulgaribus tritisq; dictionum significatis hallucinaberis.

De Musi-

De musicorum Accentuum voculatione, ac Melodia. Cap. xviij.

CAntus siue Regum siue Ministrorum accentuum, vt non magnopere nostris hominibus conducit, ita nec multũ operæ in eo ponemus, Siquidem ad solam Iudæorum συναγωγὴν quam illi בֵּית הַכְּנֶסֶת או הקהל הכנסת appellant, cum reliquis ceremonijs pertinet. Tametsi quidem cum alij plurimi tum vero maxime Kalonimus, opinẽtur, ex dictionum tono musico, (prout quisq; figuratus est) adregis ministriue qui adscribitur proprietatem, studiosos peruenire facile posse. Nam vt quisq; vel in sublime circulariter attollitur, vel in imum deflectitur, vel vbiq; simili tenore compositus incedit, Ita vel efficaciæ minus aut plus ponderis habere putatur. Proinde vt tu quoq; minori negocio distinguentium notarum officia, Lector agnoscas. Atq; etiam (si quando voles lectionis tædium fallere) canendi suauitate animum oblectes, Accentuum melodias, Sed quas Sebastianus Munsterus, ante nos studiose collegit (His enim fermè omnes quotquot Germaniam incolunt Iudæi passim vtũtur) adscribam. Nam Itali et Hispani alios feré canendi modos in plerisq; sequuntur.

Melos

Accentuum Muſicorum Melos.





רביע תביר טרחא



סוף פסוק פסיק אזלא מיריד תריז חוטריז



דרגא ירח בן יומו



תלישה קטנה מונח



מחופר עלוי מגרגל

Si quid

Si quid amplius voles cognoscere, vel Munsterum ipsum, vel Capnionis Libros, quos de Accentibus & ortographia inscripsit, cōsulito.

Exemplum seu lectionis absolutæ paradigma, quòd prædictas pronunciandi præceptiones vsu confirmabit, subiecimus, Vnum hoc restat, vt circa singulas, non modo literas, verū etiam & singula puncta, qualicunque tandem figura, signoue, exprimantur, te attentum præbeas, alioquin frustra omnem operam nauaturus.

משל הקריה וחמבטא ישרה על יד
שיבאשתיאנרש ארגרשהרש
מופלאנרדיא

Psalmus Centisimus & Duodecimus.

הַלְלוּ יָהּ׃

א אַשְׁרֵי־אִישׁ יָרֵא אֶת־יְהוָה
ב בְּמִצְוֹתָיו חָפֵץ מְאֹד׃

Halalu iáh,

ג Asre־ís, iaré eth־Iohouá: vel adonái
ב Bamizuotháiu, chaphéz moód.

Celebrate Deum, Laudate, &c, Beatus ille vir, qui timet dominū, Deum, IOHOVA, Quiq; mandata eius: cupit impense. יהוה Dei nomē est illud, τετραγραμμάτον qd' ab esse siue existere deriuatum est, exprimit enim proprie diuinam siue substantiam, siue essentiam. Quamobrem, vt quidam à vincere

Vincen-

Vincentium, à vigilare Vigilantiũ, Ita ab הוה Eſſentium, ſiue ab exiſtere Exiſtonem, Deũ, proprio vocabulo nominare poteris. Quidam cũ Lactantio Firmiano id nominis ex Appollinis carminib. per αὐτοφυής vel αὐτογενής, explicare voluerunt. Iudæi vbiq; per Adonai, non tam interpretantur quàm pronuntiant. Grande nefas & piaculum vel æterna morte expiandum eſſe autumantes, ſi quis יְהוָה IOHOVA, ſuis quibus conſtitutum eſt literis, efferat. Ita in Talmúd cuiuſdam Rabbini, nomine Abba Saul, traditione, à veritatis luce, in ſuperſtitionis tenebras ablati ſunt, qui in Sanhedrín. i. tractatu Iudicum Cap. Chélek, ſcriptum reliquit.

אף החוגה את השם באותיותיו ׀ אין לו חל
ק לעולם הבא׃ hoc eſt, Etiam qui nomen Domini יהוה IOHOVA nimirum ſuis literis, quibus ſcribitur, pronuntiat, huic nulla in ſeculo futuro expectanda pars eſt, Qd' quam ſit ridiculũ & iudaice ſuperſtitioſum, vel pueri iudicare queant.

Proinde tollerabilius eſt quòd Latini per Dominum vel Deũ, quandoquidem propria nominis appellatione carent, fermè interpretantur.

ג גִּבּוֹר בָּאָרֶץ ׀ יִהְיֶה זַרְחִי׃
ד דּוֹר ׀ יְשָׁרִים יְבוֹרָךְ ׃

G Ghibbór baárez, Iihié zarhhó:
D Dor, Iaſarím iaborách.

Præpo-

Perꝙpotens & nobile in terra, erit ſemen eius:
Generatio, rectorum benedicetur, fortunabit.

ה חוֹן וָעֹשֶׁר בְּבֵיתוֹ
ו וְצִדְקָתוֹ עוֹמֶדֶת לָעַד

H Hon uahhóſer babethó
V Vatzidkathó, hhoméd eth lahhád
Omnis rerum copia recte acquiſita, & diuitiæ
in domo eius.
Et iuſtitia eius manet in æternum.

ז זָרַח בַּחֹשֶׁךְ אוֹר לַיְשָׁרִים
ח חַנּוּן וְרַחוּם וְצַדִּיק

Z Zdarách, bachóſech ór, laiaſarím:
Ch Channún, varachúm vatzaddíck.
Exoritur in tenebris lumen, rectis:
Benignus, miſericors & iuſtus.

ט טוֹב אִישׁ חוֹנֵן וּמַלְוֶה
י יְכַלְכֵּל דְּבָרָיו בְּמִשְׁפָּט

Th Thób is, chonén vmalué
I Iachalkél, debaraiu bamiſpáth.
Vir bonus, donat & commodat,
Diſpenſabit, res ſuas cum iudicio.

Rab Abraham ben Eſrà, Diſpenſat rem ſuam quemadmodũ æquum eſt, interpretatur. Præterea principio comparandi notam, intellexit, vt à ſuperiori dependeat hic verſus, ſic, Vt benignus, miſericors & iuſtus, Dominus videlicet Sic vir bonus, benignus eſt, & libenter mutuum dat, commodat miſeris, ſuccurrit.

כ כִּי־לְעוֹלָם ׀ לֹא־יִמּוֹט
ל לְזֵכֶר עוֹלָם ׀ יִהְיֶה צַדִּיק ׃

C Chi lohholám, lo immód:
L Lazécher hholám, iihie tzaddíck.
Ergo nullis vnq; ſœculis commouebitur,
Sed in memoriam perpetuam erit iuſtus.

מ מִשְּׁמוּעָה רָעָה ׀ לֹא יִירָא
נ נָכוֹן לִבּוֹ ׀ בָּטוּחַ בַּיהוָה ׃

M Miſſamuhhá rahhá, ló iirá:
N Nachón libbó, bathúach baihoué,
A malis rumoribus, ſibi non metuet,
Siquidem cõfirmatũ eſt cor eius, deo fidens.

ס סָמוּךְ לִבּוֹ ׀ לֹא יִירָא
ע עַד אֲשֶׁר־יִרְאֶה בְצָרָיו ׃

S Samúch libbó, ló iirá,
HH HHad, aſer íre batzaráiu
Subnixum cor eius, nec formidabit,
Vſq; dum vídeat (quæcunq; velit) in hoſtiabus ſuis. Samúch & bathúach, duo ſunt adiectiua, atteſtante Abrahamo, ſeu participialia nomina.

פ פִּזַּר ׀ נָתַן לָאֶבְיוֹנִים ׀
צ צִדְקָתוֹ ׀ עֹמֶדֶת לָעַד
ק קַרְנוֹ ׀ תָּרוּם בְּכָבוֹד ׃

P Pízdzdar, nathan, laebionim,
Z Zidkathó hhoméderh lahad,
K Karno, tarum bachabòd. aut bachauòd.
Diſperſit, ded. t pauperibus,

Iuſtitia

Iuſtícia eius manet in ſœculum,
Cornu eius exaltabitur in gloria.

Aut ſic.

Abunde largitur, ac donat mendícis,
Vſq; adeo nunq; ceſſat ipſius bonitas,
Quamobrem cornu, ſiue gloria eius glorioſe creſcet.

ר רָשָׁע יִרְאֶה וְכָעָס .
ש שִׁנָּיו יַחֲרֹק וְנָמַס
ת תַּאֲוַת רְשָׁעִים תֹּאבֵד ׃

R Raſáh, iirré, vacaás,
S Sinnáiu iacharóck vanamás,
T Táauáth raſahhín tobéd. vel touéd
Improbus magno animi dolore videbit, & indígnabitur,
Dentibus ſuis fremet, ſtridebit, at contabeſcet,
Sic & improborum deſyderiũ interibit.

Hunc Pſalmũ propterea ſtudioſis omnibus cõmendo, quod beati boníq; viri, non tam virtutes vel officia, quam ipſum præcipue benígnitatis exemplar, contineat. Quæ niſi ex ſyncero numinis cultu, & aſſidua mandatorum dei meditatione, proficiſcatur, larua pietatis & ὑποκρίσεως tantum futura eſt. Præterea cum ordíne quodam alphabetico, ſinguli verſus conſtituti ſint, facile cuiuſq; literæ & proprietatem, ac natiuam pronunciationem ex latinis eſt percipere.

Proíde, ſingula cũ prioríb. p̃ceptioníb. cõferto,

 ſi quid

si quid primo conspectu non assequeris, nõ pigeat vel tertio repetere. Nam tametsi quidem hebræa, latina sæpenumero facilitate superent, habent tamen alicubi & difficultatem suam, et nodos, qui non statim à quouis dissoluuntur.

Habes ergo, studiose lector, quibus adminiculis, eorum prima studia, adiuuari posse arbitramur, quicunq; quæ ad Grammaticã quidem cognitionẽ pertinẽt, fœliciter cupiunt perdiscere. Proinde, vt laborem nostrum, quemadmodum ex animo tui iuuandi, atq; his in reb. recte consulendi, auidissimo, proficiscitur. Ita prompte, ita hilariter, velim accipias. Si quid desyderio parum responderit, voluntatem laudato, Quæ vt omnibus in rebus, præcipua censeri solet, ita maxime & in præclaris quoq;, ac rectè factis, vel vna satis esse debet.

De literarum ac vocum Hebraicarum natura, & prima lectione, Libelli, Finis.

GENE-

AVC. SEBAST.
GENERALIVM QVORVNDAM ACCIDENTIVM GRAMmaticorum, quæ vel solis literis, vel syllabis constant: Per eundem AVG. SEBAST. Nouzenum: Compendium.

De literarum penes officia diuisione.

SVperiori quidem Libro, literas secundum naturam suam, quid vnaquæq; potissimum veteribus pronunciando valuerit, tractaui. Nunc autem quid ad grammaticas affectiones, genera nimirum, Casus, Declinationes, Tempora, Modos, Qualitates, cæteraue accidentia faciat, quæ habeat officia, qua potero breuitate, recensebo.

Alphabethum ergo nobis (vt queam commodius) in duos æquales ordines secabitur. In substantiales nimirum, & seruiles literas.

Substantiales.

Substantiales sunt, quæ perpetuo dictionis thema, aut nudam substantiam, seu fundamentum nobis exhibent, à Rab Abrahám ben Esrá, אותיות השרש .i. Literæ fundamenti sũt nun

cupatæ. Quemadmodum ab alijs ferè Grammaticis שַׁרְשִׁיּוֹת אוֹ שְׁרָשִׁים Radicales siue radices, propterea, quòd radicem vocabulorũ (de qua variæ vocum formæ pullulant) produnt, dicuntur. Huiusmodi uero literas, in omni dictione, neq; plures, neque pauciores tribus, hebræum idioma, requirit: Vsque adeo vocum & simplicitatem & perfectionem elementorũ triade concludens, qua (vt Abrahami verbis vtar) ולא למעלה ולא למטה .i. neq; supra, neq; infra, nihil est amabilius.

Proinde si tamen accidat, quod frequentissime fit (diuersis id adeo vocabulorum affectionibus, per grammaticam cogentibus) verbũ pluribus ex literis conflari, quæ ternarium superent, dissoluenda compositio, abijciendæ literæ omnes, ptæter eas, quæ nobis integrum, nudum, & sola triade constitutum, thema repræsentabunt.

Porrò, si dissolui nequeat, quod ex quatuor, quinque, aut eo amplius literis congestum est, nec ad τὴν τριάδα, reduci velit, certissimam hinc inde coniecturam accipe, eam vocem linguæ sacræ (vt Grammaticis visum est) non esse vernaculam, sed hospitem potius ac peregrinam, quæ vel à Persis, vel à Medis, Aegiptijsue, aut alijs vicinis gentibus, quibuscum versati sunt Hebræi desumpta sit.

Quæ cum ita se habeant, nulla hic compo

sita

sita vel decomposita, præterquã propria quæ-dam nomina, quæ nonnunquam integris con-stant orationibus inuenies. Discent ergo stu-diosi, quicquid est hebraicarum vocum ad ter-narium thematis. studiose reducere, nunquam aliàs propius penitiusue, quid vocabulum ve-re sit, aut quid proprie significet, perspecturi. Siquidem ex solo themate, eoq; accidentalibus literis, exuto, quod nam sit dictionis etymon, cognoscitur. Vt si quid בִּמְשַׁבְּטוֹ significet, velis cognoscere, ad treis literas ש פ ט quod iudicauit, vltus est, defendit, tertia perso-na, Temporis præteriti, & Genere masculino, singularis numeri, significat, reduces. Haud secus ac latini faciunt, quoties primam, in hono rificabilitudinitatibus, positionẽ (id eñ docen-di gratia, exempli loco, vsurpauero) cupiunt agnoscere. Quo certe vocabulo, nisi varias eas-que diuersas verbalium nominum formas, ca-suum inflexiones, compositionis species, abie-ceris, nunquam quid hac dictione significetur, intelligas.

Seruiles, siue Ministeriales, siue aduenticiæ literæ, quæ sint.

SERVILES sunt illæ omnes li-teræ, quæ ad Themata nuda acce-dunt, Genera, Numeros, Perso-nas, &

nas, & quicquid deniq; est, siue qualitatum, siue accidentium grammaticorum, significāt· vt בְּקָדְשׁוֹ in sancto suo ב præpositiua litera, in valet, ק ד ש, substantiales literæ, thema, elementorum trinitate constitutum, produnt. Postremo omnium וֹ Relatiui ac possessiui pronominis index est, Suus, sua, suum. Sic וּמִמּוֹעֲצוֹתֵיהֶם & consilijs suis. Primū elementum וּ copulatiuum est, מ præpositionem constituit, מּ tertio loco positū nominis verbalis indicium est, Subsequēs vau וֹ pro prima thematis litera iod י, ponitur. Hinc ע & צ quæ ternarium perficiunt, subsequūtur· His apponitur וֹת fœmininorum nominum, pluralis exitus. Iod י quod huic vicinum est, ad cōstructionis statum, in fœmininis dictionibus facit. Postrema uero syllaba הם semper adhærens dictionibus pronomen, eorum, aut suus, sua, suum, personas masculinas respiciens, efficit. Itaq; totum hoc, ex varijs, cū elementis, tum syllabis congestum, ad יעץ ·i. consuluit, radicem omnibus spoliatam accidentibus, reduces.

Radicales.

Radicales vero literæ, vndecim numerantur quas nobis hoc symbolo Rabini cōmendarūt.

גֵּט חֶסֶד קַצֵּר זַעַף

Seruiles, quas alij נוֹסָפוֹת Hoc est, aduenticias, siue

cías, ſiue adiecticias líteras vocant, etiam numero cum ſuperioribus æquali, vndecim, hoc ſigno conſtituuntur. Moſé chatáb elénu, מֹשֶׁה כָּתַב אֵלֵינוּ aut ſecundum ben Eſrá qui eas hoc ſymbolo p notariakón cõplexuseſt בשתיל אב חמוז

Quarũ miniſteria, partes & officia breuiter ex ordine recenſebo. Nec; vero hic quiſq; à nobis omnia, quæ ad ſeruiles attinent, requiret. Commodiorem quippè locum, alia in verbis habitura ſunt. Alia vero melius inter nomina, alia alibi facilius explicabuntur.

De miniſterio, ſeruilis, ſeu accidentalis literæ מ.

Mem duplici quidem loco thematibus inſeruit, principio nimirum & fine, Principijs autem מִן .i. de, à, vel ab, præpoſitiones valet, vt מִבַּיִת de domo, מִמִּזְרָח ab ortu ſolis, Interim & pro, ex materiæ, cum inſtrumenti vel modi, magis, aut præ comparantis, cum ſocietatis: Item pro, propter, et pro à quod agentem cauſſam ſignificat, accipitur. Exẽpla paſſim obuia reperies, vt מִזָּהָב ex auro, מֵחֹמֶר ex luto מִכֶּסֶף ex argento, rugiebam מִגַּחֲמַת cũ gemitu cordis, מְנַשְּׁקוֹת פִּיו cum oſculis, מִפְּנִינִים præ gemmis præcioſis. Melior eſt negociatio eius מִמֶּסַח כֶּסֶף præ negociatione vel mercatu argenti, Prouerbiorum. iij. Pepi-

gisti fœdus. מֵהֶם cum ipsis, מִדֶּרֶךְ pro via præuaricationis, loco impietatum, humiliabuntur. Et מֵיְהוָֹה A Domino factum est, Alicubi & tempus notat, vt מֵעוֹלָם A sœculo מֵעַתָּה ex tunc, hinc inde. Et pro in, vt, Cæsar ex vinculis caussam dicere vsurpauit, vt, מִבֵּית יְהוָֹה In domo Domini, מֵעִיר In ciuitate florebunt, Psalmo septuagesimo primo. Sæpenumero negationem vel priuationem includit, מְעֻבּוֹר à transeundo ne transiret, Qualia ferè sunt verborum ad similem formam infinitiua.

Postremo significat חֵלֶק מֵהַרְבֵּה Hoc est partem è multitudine, vt, מִפְּרִי הָעֵץ de fructu arboris, מִדּוּדָאֵי בְנֵיךְ de Mandragoris filij tui &c. Sed quoniam hæc ferè adfinia sunt, ad primum modum facile reducentur. Nec vero te moueat, significandi vnius literæ diuersitas. Nã minutis istis, siue orationũ, siue dictionũ partibus (qbus מלות הטעם id est, indeclinabiles partes significantur, præpositiones, coniunctiones, pronomina, aduerbia, &c) non minus eleganter, aut varie scriptores hebraici vtuntur, quam Græci aut Latini.

Porrò, vt aliquanto propius literæ præsentis officium queas cognoscere, obseruabis hoc significatu מ Mem, ferè perpetuo cum Chireck balo iod, quod statim ac proxime dagges sequitur,

ſequitur, notari, vt, מִבֵּית מִבֶּסֶף mibbèth mickkéſeph, que quidem ornatus ac breuitatis gratia, pro מן בית מן בסף efferuntur, Itaq; dagges abſentis nun defectum inſtaurat.

Quod ſi vero proxime ſequens litera fuerit א ח ה ע ר quæ dagges non ſuſcipiunt, Chi reck balo iod, ſub מ Mem in zeré vocem lon gam commutabitur. &c. vt, מֵחֹמֵר pro מִחֹמֵר efferetur.

Frequenter etiam eodem loco participiorũ index eſt, veruntamen ſub alia punctandi lege quemadmodum in verbis declarabimus

In finibus dictionum pronomẽ eſt, cum verbis quidem aut participijs, primitiuum, Sed cũ nominibus poſſeſſiuum, quod ad ſignificata, maſculini generis, reſertur, vt דְּבָרָם ſermo eorum. nempè maſculorum, פְּקָדָם viſitauit eos.

De miniſterio Sin.

SIn, principio tantum vocabulis miniſtrat, Quoties ergo aut finalis, aut media dictionis litera futura eſt, radicalis cenſebitur, Significat autem relatiuum qui, quæ, quod, ſine vlla generis differentia, Interdum vero pro quia, quoniam, quod propterea, eo, quo, vſurpatur. Perpetuo (paucis admodum exceptis) cũ zégol notatur, dagges,

pró na-

pro natura breuium punctorũ insequente, præterquam in gutturalibus, quibus nullum dagges imponitur, etiam si punctum Zegol præcesserit. vt כַּרְמִי שָׁלַחְתִּי לֹא נָטַרְתִּי Vineam meam quæ mihi, nõ custodiui ש quod שָׁרוּךְ sigue relatiuum Grammatici cognominãt loco dictionis אֲשֶׁר positum est. Sic reliqua שֶׁ donec voluerit, vsq; dum, vsq; quo, quam diu voluerit. Ita cum gutturalibus elementis eadem obseruata punctandi lege, verũtamen citrá dagges, eodem Solomonis Libro, coniungitur. vt הַגִּידָה לִי שֶׁאָהֲבָה נַפְשִׁי Indica mihi, quem dilexit anima mea, שֶׁעָלָה מִן הָרְחָצָה quæ ascenderũt de lauacro, שֶׁאֲנִי שְׁחֹרָחֶרֶת quia, propterea quòd sim aliquãtulum colore fusca, aut solis ardoribus denigrata. Nonnunq; autem zegol in pathách affinitatis gratia, conuertitur. vt שֶׁקַּמְתִּי בְשֶׁגַּם Eo quòd surrexi, eo quòd etiã, &c. Extranea sunt, quæ vel kamez euphoniæ gratia, vel sauá pũctantur. vt שֶׁהֵם שֶׁאַתָּה .i. quod ipsi, propterea quod tu. Citra differentiã vero nominib⁹, verbis, et מִלּוֹת הַשָּׁעַם .i. consignificantibus orationis partibus, apponitur.

De ministerio literæ seruilis ה He, Hadahhath.

He

He, dictiones quibus apponitur, clariores efficit significatione, Quamobrem Grammatici ipsũ appellant, הֵא הַיְדִיעָה siue הא הדעת Quemadmodum et Abrah. ben Esrá nuncupauit, hoc est he notificandi, aut certificãdi, aut cognoscendi, Nam sæpenumero rem cognitam, atq; adeo antea vtcunq; degustatam, in animũ auditoris, cum efficacia reducit, Et perpetuo dictionibus quibus apponitur, hoc siguificatu, præit, & quemadmodum Græcorum articuli, nominũ antistes est, vt הַשָּׁמַיִם ׳ שָׁמַיִם לַיי Cœli, cœli domino, Ferè cum pátach, comitante dagges, notatur. vt הַנָּבִיא Hannauí, Prophetes aut ille vates emphaticôs, הַמֶּלֶךְ Rex ille insignis, הַדָּבָר הַזֶּה Ea res, tam admirãda nimirum, tam noua, tam'q; stupenda, Nisi gutturales sequantur, & quidem inprimis א ע ר quæ, quum (vt supra dictum est) dagges non suscipiant ה principijs appositã, ad kamez, loco pátach astringũt הָעוֹלָה holocaustũ, הָאִשָּׁה mulier, הָרָצִים cursores.

Verum enimuero, quando dictionis prima litera kamez signatur, sæpenumero ornatus gratia, ad deuitandam multarum vocum, similiumúe syllabarum vnius exitus, concursum, ה nõ cum pátach aut kamez, sed cum zegol, quæ nescio quid cum productis vocibus communitatis habet, signabitur, vt הֶעָרוֹב muscam,

חָכָם sapiens, הָרִים montes.

Porrò, si monosyllabis, in quibus prima quidem litera gutturalis est, apponitur, propter vicinum dictionis accentum, fere cum kamez enũciabitur. vt הָהָר הֶרֶר אַשְׁרֵי הָאִישׁ i. mons. tener, Beatus, fortunatus, homo ille, הָאוֹר lux.

Præterea quum litera, quæ statim subsequitur, sauá puncto fuerit insignita, plærunq; dagges, ob consuetudinem, vel vt quidam opinantur, propter scribentium laborem extenuandum, abijcitur, Quemadmodum in tractatu Dagges à nobis superiori libro dictum est, vt, חֲיָאוֹר Riuus, חֲיְסוֹד fundamentum, חֲמְרַבְּרִי pro חֲמַרְבְּרִי ' Sed ista locũ duntaxat habere putant, in his, quæ iod incipiunt, & vtrisq; verborum Pihel participijs.

Nec vero silentio prætereundum est, hanc ipsam literam, non omnibus orationis partibus apponi, Sed nominibus tantum, siue substantiua fuerint, siue adiectiua, sub quibus cõprehendi volumus, & pronomina, & participia.

Excipiuntur hominum propria, quæ cum ipsa rem alioqui certam satis, atque determinatam significent, Hoc determinandi siue cognoscendi elemento non habent opus.

Proinde

Proinde, vbicunque Rabini huiuſcemodi loquendi formas, ſiue coaceruata nomina reperiunt. הַיְבוּסִי הַמְּנַשֶּׁה הָאָדָם aut conſimilia· Gentilitia potius vel appellatiua, ſiue communia faciunt.· Haadám, hominem, Hamanaſſe, è tribu Manaſſe quempiam, pro הַמְּנַשִּׁי , quemadmodum efferimus עִבְרִי hebræum, interpretantes.

Quod ſi iuxta verborum præterita, (quod vtique rarum non eſt) ponetur, referendi notam אֲשֶׁר Qui, quæ, qnod, eadem punctorum ratione, ſignificabit· הַהִקְדִּישׁ hahickdîs, Qui ſanctificauit, loco אֲשֶׁר הִקְדִּישׁ abbreuiandi nimirum ſermonis gratia.

Interdum etiam vocandi aduerbium eſt, vt מַה לְּךָ הַיָּם Quid eſt tibi o mare. Ita in carmine Moſe, Libro quinto.

הַאֲזִינוּ הַשָּׁמַיִם וַאֲדַבֵּרָה
וְתִשְׁמַע הָאָרֶץ אִמְרֵי־פִי ׃

Haazínu haſſamáim, vaadabbéra,
Vathiſmáhh haáretz imre phí.
Auſcultate o cœli, quæ ſum dicturus,
Audi o tellvs verba oris mei, ſermonem meũ.

הַצְּבִי יִשְׂרָאֵל

O nobilis Iſrahél. O grate omnibus Iſrahél.

הַדּוֹר אַתֶּם רְאוּ

O generatio, vos videte.

Neq; ve

Neque vero aut minus frequens, aut minus præclarum officium gerit, quoties interrogandi, vel admirandi, vel addubitādi signū est. Sic em̄ הֵא הַפֶּסֶק וְהֵא הַתֵּימָה וְהֵא הַשְׁאֵלָה Grammatici appellāt, hoc est, He, dubitātis, admirationis, interrogandi, Omnibus enim hoc elementū partibus, siue nominibus, ijsq; cum appellatiuis, tum proprijs, verbis, coniunctionibus, aduerbijs, nec non & seruilibus quoq; literis מ ש ה כ ל ב quod tamen superiori denegatum est, annectitur. Proinde, cum & late pateat ipsius vsus, summa vbiq; cura, studiosis aduertendum est. Ferè cum chátheph pátach, nisi aliud saua statim, mox proxima in litera sequatur: discriminis gratia, notatum conspicitur, vt הֲשׁוֹפֵט Num? ergo ne iudex? הֲשׁוֹמֵר אֶחִי אָנֹכִי Ego ne obseruator, aut custos fratris mei?

הֲמִן־הָעֵץ אֲשֶׁר צִוִּיתִיךָ לְבִלְתִּי אֲכָל־ מִמֶּנּוּ אֲכָלְתָּ

Num ergo ex ea arbore, de qua præceperam, ne vescereris, comedisti? Frequentissime quoq; in indignationibus, locū habet. vt Malá. i. Offer illud præsidi tuo, num beneuolentia te complectatur? Num animo demum grato, tui muneris oblationem ferat?

Sin: prima vocabuli cui adhæret litera, sauá adscriptum habuerit, ne duo sauá principio

quidem

quidem dictionis (quod flagitiū aduersus grā-maticorū sacra commissum, longe grauissimū est) congeminentur. Châteph pátach, in páthach iustam quidem vocalem cōmutabitur, vt Genesis xix. חֶמְבַּסֶּה אֲנִי מֵאַבְרָהָם Ego ne celabo Abrahamum, &c. Sed tum línea remugiendi quam געיה nominauimus, ferè ad sinistrum, discriminis quidem gratia, consignatur. Nam id quod emphaticon est, ad dextrum latus páthach, mugitum, siue commorandi notā accipere Rabbi Elías tradidit, vt, חֶמְבַּסֶּה operiēs, qui operit intestína, חֹבֵר אֶת הַקֶּרֶב Res ista.

Quòd si gutturalis litera ipsum exceperit aut cum simplici páthach, aut subsequente kamez, cum zegol notabitur: vt, חַאִישׁ Nū vir. חַאֲנֹכִי Num ego, חַהִיְתָה num fuerit. Propemodum sine dagges effertur, nisi ad seruiles literas בלב משח associetur, vt, חַבְּמַחֲנִים num in castris?

Postremo autem, Quoties cum לא aut syllaba אם componitur, rem confirmat. vt, חֲלֹא Nunquid non malitia tua plurima? Quasi dicat, certe multo omnium maxima est. Sic & in alijs quibusdam, vt חֲנִגְלֹתָ Nunquid non? Quasi dicat, multo omnium maxime reuelando reuelatus sum, domui patris mei. ij. Reg. ij. Authoritate Rab Ioseph, parentis vtriusq; Chamhi.

Porro ad vocabulorum fines constituta, fe-
rè motum ad locum significat, vt שָׁמַיְמָה cœlum versus, sursum, אַרְצָה in terrā deorsū,
יָמָּה וְצָפוֹנָה וְקֵדְמָה & dilataberis ad occi-
dentem ad orientem & aquilonē versus, Gen.
xxviij. Verum enimuero notabis, quoties aut
pro ל vocū principijs adiecto (vt Rab Salomo-
ni placuit) aut pro אל accipitur, dictiōis accentū
nō mutare, sed illic vbi tenoris signū est relinq-
re. vt á יָם, יָמָּה dicitur, a צָפוֹן aquilo, צָפוֹנָה
aquilonem versus, enunciamus.

Frequenter autem & fœminino rū nominū,
verborumq; characterem constituit, vt גָּדוֹל
magnus, גְּדוֹלָה magna efferimus: Ita קָטֹן
paruus, קְטַנָּה parua, In verbis, פָּקַד vi-
sitauit, פָּקְדָה visitauit mulier, efferimus.
Veruntamen sub hac seruiendi proprietate ac-
centum dictionis permutat, perpetuo enim ad
sese tenorem rapit, vt חָכְמָה sapientia צְדָקָה
iusticia.

Omnium autem postremo dictionibus ferè
omnibus, siue nomina, siue verba, siue consi-
gnificatiuas partes constituant, κατὰ τὸν προσῳδια-
τισμὸν, aut propalepsim apponitur. vt, לַיְלָה
pro לַיִל Sic & futuris & imperatiuis, הַגִּידָה
Indica pro הַגֵּד. Item, נָגְרָה pro נָגַר Re-
liqua porro eius officia, partim in verbis, par-
tim

tim in nominibus quoq; melius explicabūtur.

Sequuntur officia literarum בתב

Ministerium Caph.

CAph duplici ferè seruiendi munere fungitur, interdum enim vocabulorum initijs, interdum vero dictionum finibus apponitur. Initijs similitudinem significat (quemadmodum latinis) Sicita, vt, sicut, sicuti, quemadmodū, tanquam, quasi, quomodo, & qualis, vt Ioelis. i. כגבורים ירוצון כאנשי מלחמה יעלו חומה Sicut prævalentes accurrent, vt viri qui bellandi gnari sunt, muros ac mœnia scandent.

Interdum autem vel efficaciæ, quæ in comparatis significatur, vel abbreuiandi sermonis gratia, vtrobique congeminatur, vt Esaiæ Capite vigesimo quarto, וְהָיָה כָּעָם כַּכֹּהֵן כָּעֶבֶד כַּאדֹנָיו כַּשִּׁפְחָה כַּגְּבִרְתָּהּ Et erit Sacerdos sicut populus, & populus sicut sacerdos, Dominus sicut seruus, Hera similis ancillæ suæ. Ad istum siquidem ferè modum hebræi scriptores vbi vtrinque omnimodæ similitudinis collatio fit, attestantibus Rabinis, comparare solent.

Frequenter etiam pro circiter, quod ad numerum, tempus ac modum refertur, vt in Iudic. בַּעֲשֶׂרֶת circiter decem milia virorum בַּחֲצוֹת הַלַּיְלָה circiter noctis dimidium. Rab Elias, בף שיעור המספר והמדה מה appellauit, quod non omnino male Caph, in numeris ac mensuris non exacte omnia æstimantis, aut colligentis, intellexeris. Accipitur interdum pro iuxta, secundum, & consimilibus præpositiuis dictionibus.

Punctatur porrò, cum sauá communiter, vt supra vidisti, Nisi ea quæ mox litera sequitur, sauá insigniatur. Nam tum Chireck balo iod, proprium illius punctum erit, Et rationē Magistri allegant, Quòd duo sauá, in principio dictionis, nunq̄ congeminari possint, Exemplū est. בִּסְדוֹם הָיִינוּ sicut Zodoma fuissemus, Esaiæ primo.

Sed quoties gutturalis cū chátheph páthach statim subsequitur Caph cum simplici pathach signabitur. Sin illa cum chatheph zégol. Caph cum figura zégol. Sin autem cum chatheph kamez punctabitur illa. Hæc cū kamez chathúph insignita conspicietur. Exempla sunt. כַּאֲרִי כֶּאֱמוֹר בָּאֳנִיּוֹת .i. sicut leo, Quando dixerint, populus domini sunt isti, sicut naues, Prouerb. xiij.

Enimuero quando iod sauá, mox Caph literam ex-

teram excipiet, manebit equidē ſub Caph Chíreck, attamen iod ſuo vocali ſigno priuabitur, Hoc eſt, ex conſonante in mutam, ſiue quieſcentem literam commutabitur. vt Pſalm. lxxxix. וְשַׂמְתִּי לָעַד זַרְעוֹ וְכִסְאוֹ כִּימֵי שָׁמָיִם Ponam, ſeu confirmabo in perpetuum ſemen eius, & Thronum eius, quemadmodum dies cœlorum, כִּימֵי pro בְּיִמֵי per æquipollentiam (ni fallor) dictum eſt.

Ad hæc, quoties gratia breuitatis, cui plurímum hebræus ſermo paſſim indulget, ה הִירִיעָה. i. he cognoſcendi intra ſe recipiet, Omnem eam punctorum varietatem atq; conditionem, quæ ſunt empahtico elemento peculiares, deſyderabit. Proinde, quemadmodum peculiariter ferè cum páthach ה per ſacra volumina incedit. Ita Caph quoties quidem huius literæ vicem obtinebit, poſthabita propria notarum adſcriptione, ferè cum páthach conſpicieť, & ſignificatum quoq; eius vocabuli, cui adhæret, illuſtrius efficiet. vt, בַּשֶּׁמֶן הַטּוֹב Pſal. cxxxiij. Sicut vnguentum illud præcioſum, vuguentū inquam illud, quod effuſum in caput, ſtillabat ac defluebat in barbam barbā Aaronis, &c pro בְּחַשְּׁמֶן (quod rariſſimū eſt) non ſine ſingulari emphaſeos nota, Vates extulit. Conſimilem ad modum reliqua.

Notabis quoq; iuxta nomina diuina hanc Il

teram quiddam (quod ad communes punctandi leges attinet) diuersitatis habere. Nam cum אֱלֹהִים iuncta, באלהים pro בֵּאלֹהִים per zere pronuntiabitur. Sed iuxta nomẽ illud τετρα γραμμάτων יחוה per páthach בִּיחוָה signabitur.

In finibus autem vocabulorum, tuus, tua, tuũ, si nominibus adhæret, pronomen est. Porrò si verbis aut cõsignificatiuis apponit, secũde personæ primitiuũ cõstituet, mihi, me, à me. Ex puncto kamez masculinam personam, adquã respicit, Ex sauá fœmininum genus agnoscens, vt, אָבִיךָ pater tuus o vir! פְּקָרֵךְ visitauit te o vir, עִצְּבוֹנֵךְ dolorem tuum o mulier, nisi qđ in quibusdam regia potestate præditis accentibus, punctorum metathesis nonnunquam fiat. vt in Soph pasuck, לָךְ pro לָךְ masculino genere dicimus.

De ministerio literæ seruilis ת

Au à principio quorundam verbalium nominũ initium & character est, vt תִּפְאֶרֶת decor A fine, præteritorum in omnibus conjugationibus, secundas personas, singularis numeri, vtriusq; generis, designat. vt, פָּקַדְתָּ visitasti vir. פָּקַדְתְּ visitasti mulier, Kamez & sauá generis diuersitatem quemadmodum in superiori designantibus. Reliqua dicentur in con-

in coniugationibus. Et fœminino rum quoq; nominum terminationem nonnunquam indicat, vt תִּמָּאֵרֶת

De seruitio ב Beth.

TAntummodo vocabulorum initijs Beth litera seruilis est, & communiter præpositionem, in, dictionibus cui apponitur, ad cõsignificandum adfert, vt בְּבֵית יְהוָה in domo domini. Quanq; & variam sæpenumero accepti onem pro diuersa vel dictionis vel orationis natura habere, comperiatur. Nam & pro, de, ex, cõtra, cũ, per, ad, ante, propt, frequentissime significat. Qd autẽ ad pũcta pertinet, omnẽ illã punctorum vocalium conditionem, ac plurisfariam notarum diuersitatẽ, quã elemento Caph competere diximus, omnibus in locis sequet, quemadmodum passim ex Bibliorũ libris, varijsq; scripturæ locis, vsu melius cognosces, & exercitationis studiò facilius deprehendes.

Exẽpla, Iurate mihi בִּיהוָה per dñm, בְּרָחֵל propt Rachelẽ. Geñ. xxix. וְנַפְשִׁי תָגִיל בַּיהוָה תָּשִׁישׁ בִּישׁוּעָתוֹ Et aïa mea ppter dñm exultabit, Gaudebit ppt auxiliũ eius. Psal. xxxv. בִּישׁוּעָתוֹ loco בִּישׁוּעָתֹוֹ (vt supra in ministerio Caph dictũ est) Extraneũ est, בְּהַשְׁמִים psal xxxvi. Nã he haiada nõ ponit cũ seruilibus literis בלב, vt supra commemini.

De officio Aleph.

INter alia hoc ferè in primis Aleph præcipuum officium est, quod futuris personam primã, pro vtroq; genere, principijs verbalium positionũ apposita cõstituat, vt אֶפְקוֹד visitabo אָבוֹא בֵיתֶיךָ Ingrediar domum tuã, pro vtriusq; generis persona.

Porrò autem, quomodo in nominibus deriuatiuas seu denominatiuas quasdam formas statuat. Item quo pacto per epenthesin sæpius medijs dictionibus inseratur, post in tractatu nominum commodius dicetur.

De Lamed.

LAmed, præterq̃ quod frequentissime Datiuorum sit notus articulus, Etiã genitiuis, interdum autẽ accusatiuis, & (quod omnium est maxime infrequens) nominatiuis quoq; nonnunq̃ apponitur. Nisi hæc posteriora antiptoseos beneficio figurata esse malis, Exempla sũt, רַבִּים אֹמְרִים לְנַפְשִׁי Multi dicũt animæ meæ &c. לַיהוָה הַיְשׁוּעָה Apud dominũ est salus, siue in domino est adiutorium, In psal. epigraphis ferè genitiuis inseruit, et in his vbi ferè possessio significari solet, suffragantibus commentatoribus, vt מִזְמוֹר לְדָוִד Psalmus Dàuidis: De

Acctõ

Accō exemplum est Iiremiah lx. וַיִּקַּח רַב טַבָּחִים לְיִרְמְיָה Et accepit, accersiuit, seu adhi buit prætor Ieremiam, pro אֶת יִרְמְיָה Denominatiuo, Esaiæ·xxxij. הֵן לִצֶדֶק יִמְלֹךְ מֶלֶךְ וְלִשָּׂרִים לְמִשְׁפָּט יָשׂוֹרוּ En ad iusticiam excercendam regnabit Rex, & Principes ad æquitatis rationem præerūt, pro לשרים vsurpatum est, Consimiliter, nec erit לְאֵל ·i. Robur in manibus tuis Deut.xxvij.

Cæterum nec raro præpositiones, A, ex, de, ad, propter, in, pro, vsq, super, postea, item, postea q, valebit, Nonnūquam & iurantis esse de prehenditur. Sæpissime vero cum & he haiadia referre cognoscitur, notificantis esse dicetur. Alicubi vero & similitudinis notā constituit, propter affinitatem, nam literæ בלב cum eandēm ferè pūctandi legē ac notarum, quibus insigniri solent cōmunionem sequātur, sæpenumero vtiq; fit, vt altera pro altera consanguinitatis iure veniat: Exempla sunt. Deuter. xxix. יָנוּסוּ לְפָנֶיךָ fugient à facie tua·Daggon corruit לְפָנָיו super faciē suā, Vnusquisq, לְיַצְּבֹאתָם iuxta exercitum suū, לִי propter me, לָאָרֶץ In terra, לְאֶבֶן pro lapide, Aestimauit eam, לְשִׁבּוֹרָה sicut inebriatam. לְעוֹלָם vsq in perpetuū, vsq in æuum, Eritis inter eos לִבְשָׂר sicut caro, pro בבשר &c. Reliqua si quæ habeat ministrandi aut significandi officia, ipse meli-

 us tem-

us tempore, et plura, quã hic à nobis adſcripta ſunt, perſcrutando inuenies.

Porrò autem quod quidem ad punctorum annotationem pertinet, eijſdem planè legibus, & communibus cum Beth, Caph, adſcribendarum vocum conditionibus, vtitur

Eandem ergo & in hoc elemento varietatẽ. quoties notificantis elementi naturam intra ſeſe recipiet, qualem aut he haiada, aut Caph conuenire ſingulariter ãte meminimus, ſpectabis.

Appendix.

Quando iuxta nomen אֲדֹנָי collocabitur, Lamed quidem cum páthach notabitur, Sed quemadmodum Aleph ſuam vocem Catheph páthach repellet, ita nec aliam aſſumpſerit, vt לַאדֹנָי Qd & duab. ſuperiorib. literis ב ב etiam competere notabis, A fine, vt vocabulorum medio, radicalis perpetuo cenſebitur.

Miniſterium Iod.

QVanq̃ & literæ ſeruilis Iod plurima officia, rectius cum ex coniugãdi paradigmatibus, tum ex nominum inflexione, cognoſcantur, Attamẽ hoc loci minime prætereundũ fuit, quod dictionib, ſeu qualibuſcũq; vocabulis, ad finẽ appoſitum, relatiuũ vtriuſq; generis, pronomẽ efficiat, et id qdẽ vtroq; numero, Si noĩbus adhæret, poſſeſſiuum, ſi verbis, aut Millóth

hattháam

hattháam, primitiuum repræsentabit. Quanq̃ pro diuersa punctorum annotatione, istuc fiat. Nam præcedente Chireck, singularem, Præcedente páthach aut kamez, pluralem numerũ indicat. vt דְּבָרִי verbum meum, דְּבָרַי verba mea, In verbis, ante se Nun per Epenthesin accipit, vt פְּקָדֵנִי visitabit me.

Alicubi vero & nominibus & pronominibus, alijsue partibus, protrahendi nimirum sermonis gratia, paragogicum elementum est, vt מַגְבִּיהִי eleuator. שֵׁנֵבִי pro שֵׁנֵךְ iniquitas tua, & reliqua.

De officio Nun.

VErborum initijs adiecta, primã pluratiui numeri personam, futuris facit, Item passiuorum tertiæ personæ, masculini generis, character est, vt, נִשְׁמוֹר נִשְׁמַר custodiemus, conseruatus est. A fine pluralis numeri, in rebus quæ fœminino generi competũt, relatiuum est, earum videlicet, ijs, eas, &c. vt, דְּבָרַן verbum earum, שְׁמָרַן conseruauit eas.

Præterea verbis siue præteritis, siue futuris, siue infinitiuis יֵדְעוּן cognoscent, loco יֵדְעוּ κατὰ παραγωγὴν apponitur.

De officio ac diuersa vau significandi ratione.

Postre-

POstremo, inter seruiles literas nō minimū vaiu exhibet negociū, cū propt̃ significandi varietatē, tū propt̃ notarū seu punctorū longe diuersissimam ac multiplicē adscriptionem, Sūmatim tamen præcipua eius officia, quoad fieri poterit breuiter indicabo. Principio notabis igit̃, vau literā nusq̃ vocabulorū initijs, neq; radicalem neq; substantialem, præterq̃ duabus in dictionib. וַיִּי & וַהֵב nimirū, esse. Quāobrem facilimū fuerit inde studiosis, cognoscere, quādo vel radicalis vel accidentalis litera futura sit.

Seruilis in duas præcipuas partes secatur, nā copulatiua dicitur et conuersiua, Copulatiua à grāmaticis קשור או חבור cognominata, dicit̃ quæ nomina cū nominib, aut verba cū verbis, aut diuersas orōnū sententiarūúe, pericopas (vt latinis copulandi siue cōnectēdi cōiunctiones) connectit, vt זָהָב וָכֶסֶף aurum & argentū, וַיֹּאכַל וַיִּשְׁתְּ & commederat & biberat

Enimuero, sub hac connectendi potestate, multifarie ac diuersimode vsurpatur, Nam alicubi aduersantis est, sed, Aliquando comparantis, pro sic, ita. Sæpenumero vero et ordinis est, deinde, posthæc, præterea, nonnunq̃ significans. Item collectionis igitur, Subsecutionis statim, continuo, quod etiam vaiu properandi continuandiq; appellare licebit. Præterea causalis, quia

lis, quia, nam, namq;, quemadmodum & copulatiuæ poteſtatis coniunctiones quædam, latinis vſurpantur. Alicubi vero correctionem notat, quin potius, imo, multo magis, vt Pſalmo. vij. אִם־גָּמַלְתִּי שׁוֹלְמִי רַע וַאֲחַלְּצָה צוֹרְרִי רֵיקָם Si de eo qui me beneficijs affecit, ſum male meritus? &c. Quinimò multo potius eos, qui mihi fruſtra ſunt aduerſati, ſemper adſerui. Autor ben Ezra. Nonnunquam etiam referentis naturã induit, vt Eſaiæ Cap. liij Sicut hinnulus reiectus, וּכְצֹאן וְאֵין מְקַבֵּשׁ & ſicut ouis erratica, quam nemo colligit, nemo reducit. Interdum vero pro dum, aut loco beth, præpoſitiuæ literæ, ponitur. Item pro ſi, vel aut, cum ſocietatis, neq;. Et lamed, pro diuerſo orõnis habitu collocat̃, vt וָבַיְתָה Regũ. v. pro לְבַיְתָה intrinſecus, intus. &c.

Verũtamẽ cum iſta ferè oĩa ad cõnectẽdi virtutẽ attinere videant̃. Omnia generatim copulationis noĩe à plæriſq; Rabinorũ cenſent̃

Ex quibus facile patet, cũ hebreæos conſignificantiũ vocũ copia deſtituat, paucas illas quas habent, pro ſententiarũ uarietate, varie ac multipliciter vſurpare. Vbiq; vero literarũ, כלב quas antea declarauimus, voculandi ſiue punctandi legẽ obſeruabit. Niſi quando vocabuli cũ q̃ nectitur, primũ elementũ, aut habeat ſauá, vel ipſum ex literis במף eſſe depræhendat̃, vt,

וּשְׁמַרְתֶּם וּמֶלֶךְ וּפַרְעֹה וּבַדֶּרֶךְ id est, & custodietis, & rex. & Pharrho, & in via. &c.

De Vau Conuersiuo.

Au conuersiuũ id esse dicitur, qd' præter copulatiuam potestatem, aut præteritum futuro commutat, aut contra futurũ in præteriti significatũ cõuertit. Porrò qñ præteritum in futurum conuertit, Aut cum sauá Punctabitur, Aut si primum verbi elementũ fuerit, במת cum sureck insignietur, vt וְהָיָה וְשָׁמַרְתָּ וּבַחַרְתָּ וּמַחָה .i. & erit, & custodies, & eliges, & delebit וּפָדָה & liberabit. Nam abiecto seruili elemento vau, nuda plane verborum præterita, relinquuntur. Hisce perpetuo exceptis vocibus, quæ propter grammaticas affectiones Chataphin .i. composita primis literis puncta habere dinoscũtur. Nam hæc ex ꝓfesso, páthach aut zégol p̄cedit. וַעֲבַדְתֶּם & seruietis &c. De reliquis, in nostra grammatica fusius dicetur.

Sed quod futurum in præteritum cõmutat, perpetuo páthach, ferè comitante dagges, signabitur. vt וַתִּשְׁמוֹר וַתִּפְקוֹד et custodiuit, et visitauit. Vbi vero Aleph proxime sequetur, páthach in kamez, ex natura quidem gutturalium literarum, quæ prorsum à dagges grauitate abhor-

te abhorrent, conuertetur.

In medio dictionum corpore, plærunq; pro tractiua est, participiorum & nominũ ferè formas indicans, vt פֹּקֵד visitans.

In fine, præterq; quod cũ sureck multitudinis numerum indicat, vt פָּקְדוּ visitauerunt. Etiam relatiua masculinorũ pronomina, eius, ei, eũ, constituet. vt. דְּבָרוֹ sermo eius, חָכְמָתוֹ sapientia illius. Sæpenumero quoq; nullum prorsus vocale punctum adscriptum (eadem at tamen obseruata significãdi lege) habere cognoscitur. vt, דְּבָרִין verba eius.

Hæc sunt quæ in genere ad seruilium literarũ officia pertinere putauimus. Reliqua si quæ fuerint ministeria, partim ex verborũ inflexione, partim autem ex nominum accidentibus, vt cõmodius, ita vero facilius percipiẽt.

FINIS.

Franciscus Rhodus Marpurgi excudebat, xv Kal. April. An. 1532.

[illegible]

et q̄ p emoroydas sz et s eūdē cab et
potū nō sūt ei q̄ p⁹ declaro est fuit eg
nis. Cōli et intell⁹ hebetudo nō s ūz aut
obliuio nō ꝯsuetis aut mag fantastica
sōpni q̄ p̄us equid et audit⁹ et odorat⁹
et nis⁹ hebetiores et infirmiores et ꝯmo
res et simpl dē q̄ꝯ s ūz fiūt hec q̄d aucta
hec nō minuta hec nō tp̄ibz quibzd
aut q̄ntitatibz aut qualitatibz p̄mu

380 – 83